





DISSERTATIO INAUGURALIS

De

DEDICATIONIBUS
TEMPLORUM ET

ALTARIUM,

Occasione L. 9. ff. de Rer. Divis.

Quam

DIVINA ASPIRANTE GRATIA

EX DECRETO

MAGNIFICI FACTORUM ORDINIS

IN ILLUSTRISALANA

PRÆSIDE

DN. GEORGIO ADAMO

Struben / Hæreditario in Wangleben & We-

nigen-Zehna / Jcto Consummatissimo, Sereniss. Ducum

Saxo-Vinariensium Consiliario intimo eminentissimo, Facultatis

Juridicæ Præsidi Ordinario, Curia Provincialis ac Scabi-

natus Assessore Primario,

Dn. Patrono & Promotore devotâ veneratione æternum Suscipiendo;

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores ac privilegia Do-

ctoralia ritè capeffendi

NICOLAUS ZAPFIUS, Vin. Thur.

Ad diem XXIII. Julii A.O.R. M.DC. LXXVII

JENÆ, Typis NISIANIS.



REVERENDISSIMO. SERENISSI-
MOQVE. PRINCIPI. AC. DOMINO
DOMINO
MAVRITIO
SAXONIÆ. JUL. CLIV. ET. MONTIVM
DVCI. EPISCOPAT. NVMBVRGENSIS
POSTVLATO. ADMINISTRATORI
THVRINGIÆ. LANDGRAVIO. MARCHIONI. MISNIÆ
ET. VTRIVSQVE. LVSATIÆ. HENNEBERGIÆ. PRIN-
CIP. COMITI. MARCÆ. ET. RAVENSBVRGBI
DYNASTÆ. RAVENSTEINI. BALIVIÆ.
QVE. THVRINGICÆ. VICARIO.

SALVTEM. ET. FELICITATEM.

NE graveris, DOMINE, si veterum more non vereor sub pri-
mum hoc alloquium NVMINI MAIESTATIQVE TVÆ


DEVOTVM me DICATVMQVE nuncupare.
Ut enim cultum istum non ignorem ei ma-
ximè deberi, à quò Spiritum trahimus, Æterno
scilicet Numini, cujus beneficio sumus, movemur
& universa nostra possidemus; Excusabit tamen
pietas officium, quò Principes in terris Deorum
vices gerere, juraque tenere, adeoque sublimius
quid humanis mereri præconiis ii præcipuè testa-
tum rectè faciunt, qui sub providenti Eorum im-
perio securiùs degunt. Ipse ego, quanquam hospes
in his oris, propterea non diverterim ad peregrini
Numinis cultum. Effecit jampridem Benignitas
Tua, quâ in Gentem meam ferè prodigus es, &
nexus, quò familiaribus obstringor, ut pro cive
subditoque Tuo, DOMINE, habear. Sub Tuis
auspiciis in Urbe, Numinis Tui Sessimonio,
prima ætatis elementa posui. Juventam meam
Tua, eademque prima atque frequentior, forma-
vit Academia. Ut nihil de Aula Tua nunc adjici-
am, ad quam recurrere datum, quoties expedire
visum est & libuit, tanquam in scholam non minùs
ac Patriam. Hoc ipsum denique quicquid pagina-
rum est, obstetricem agnoscit Bibliothecam Tuam,
non tam librorum insanâ copiâ, quàm pretiò & in-
comparabili delectu superbissimam, quâ rarò Tui
fastigii exemplò, civium pariter atque peregrino-
rum oculos animosque, post tot egregia virtutum
spectacula, tanquam ingeniorum quoque quadam
Republica, Pollionis immortalis inventò, pascis. Non
igitur est, ut anxius circumspiciam meum in terris
Numen;

Numen; minimè verò, in cuius sacrum ærarium
hunc ingenii mei qualemcunq; censum ingenua
devotione dedicem. Antiquum jus est, ut, cum
dedicatô capite, quicquid ejus rerum est, simul
transeat. Suscipe igitur, DOMINE, studiorum
meorum & humillimi ergà Te obsequii, tenue,
quantumcunque, monumentum, nec de Tuis refi-
ge Tholis tabellam hanc, quâ licet, animi submissi-
one & hilaritate suspensam. Salve PRINCEPS
OPTIME, DECUS ORBIS CHRISTIANI, &
quàm diutissimè vale! Dab. Jenæ IV. KAL. AVG.
cl^o l^o LXXVII.

INCLYTISSIMO TVO NOMINI

devotissimus

Nicolaus Zapfius.



CAP. I.
NONNULLA AD REM LITE-
RARIAM PERTINENTIA.

SUMMARI A.

1. Dedicatio vocab. bonæ notæ. 2. Unde compositum? 3. ἐπέγραφα particula De. 4. Dicere quid? & unde? 5. Notæ & suppressio Dedicacionis in marmoribus. 6. Diverse notiones. Tertulianus & Cyprianus illustratus. 7. In censum dedicare Ciceroni & Gellio quid? 8. Consecratio quotuplicis usus? Explicatur l. 3. C. de bon. vac. 9. de Apotheosi, Deificatione, Canonizatione ἐκ παρῶδος. Consecratio quomodo differat à Dedicacione? 10. Sacrare quid? Sacrare caput cum bonis. ἁγιάζειν quid? de legibus sacratis remissivè. 11. Inauguratio. 12. Ἐγκαινία quid Græcis? Inde Latinis Encenia. Enceniorum derivatio Hugonica. Illustratus locus Job. 10. Ἐγκαινισμός. Enceniare. 13. Voces Græcorum. Ἐνθρονισμός, Ἐγκαινία, ἀνοίξια apud Balsamonem & scriptores Ecclesie Græcæ. 14. De Ebraeo חֲנֻכָּה Neb. 12. Dan. 3. v. 2. 15. De Germanico Kirchweih/Einweihung. 16. Templum unde? 17. Veteres Christianos hanc vocem declinasse. 18. Ecclesia pro loco conventus. 19. Navis, Νῆος. Act. 19. v. 29. 20. Curia pro Templo. 21. Delubrum an templis Christianorum aptandum? 22. Fanum. Profanum. 23. Sacellum. 24. Sacrarium. 25. Sanctuarium. 26. Tabernaculum. Tabernaculum Moloch. Constantini M. Ecclesia portatilis. 27. Oraculum. 28. Basilica. 29. De Oratoriis. Vossius contra Boldonium defensus. 30. Κυριακή? Dominica. Kirche. Dom=Kirche. 31. Μοναστήριον. Münster. 32. De Templis Apostolicis. De Martyriis. Martyrio Magno. Prophetiis. Pharo. Titulis. 33. Aedes sacra & ἱερόθυρον Ἐδícula. 34. בֵּית יְהוָה inveteri, & inde domus Dei in novò fædere. 35. Sessimonium.

A

Deo.



Deorum quid Vitruvio? 36. Niches. Nicchio Architectorum.
 37. Idolium. 38. Cella. Capella. 39. De Aris & Altaribus. 40. Βομοὶ
 Gentilium; Ὀνομασθέντα Christianorum. Gracum βομὸς à
 בָּוֹם. 41. Ἄγλα τράπεζα in Ecclesia Græca. Mensa Domi-
 ni. Ethnicis mensa pro aris. Mensa Augusta apud Macrob.



DE Templorum & Altarium Dedicacionibus non-
 nulla Commentaturis, Comitorum mos
 arridet, qui ludum exhibitori spectatorem
 Prologò monent, quam quisque actor,
 personam sustinere debeat. Unde fortè
 Mathematicis non sine laude in usu, ut ali-
 quid ex disciplina sua tradituri, vocum
 quoddam quasi dictionarium tractationi rerum utpluri-
 mum substernant, unde illa Auctori pariter atque Lectori
 nascitur commoditas, ut cursum doctrinæ nulla postmo-
 dum remoretur terminorum occurrentium ignorantia. Or-
 diemur autem à DEDICATIONE, † quam bonæ notæ pro-
 bæque Latinitatis vocabulum esse satis evincit ejus, tum
 apud Antiquos & Classicos Auctores, tum in veteribus pro-
 batisque lapidibus, non infrequens usus. † Debere autem
 suam verbo DEDICARE Originem nemo est qui ambigat,
 quod ipsum tamen non natum, sed à duplici factum origi-
 ne, & junctum s. compositum est ex DE & DICARE. † Ubi,
 nî fallor! particula DE augendæ significationis officio fungi-
 tur, sicuti apud Ciceronem, fugam *desodant*, apud Statium,
Decertata odiis, apud alios *deprehendere*, *depravare*, *deprimere*
 eadem energiâ legi notat *Schottus*, a) *Martin.* β) † DICARE
 idem est ac attribuere, quod, cum jure fieri debeat, *Verò tñc di-*
 cens deductum volunt, quanquam *Vossio* γ) ejusdem originis
 esse videatur ac *dicere*, quod ipse *ἀπὸ τῆς δεικνῆς*, quod est
δεικνύω s. *δεικνύμι* ostendo, derivat. † Usu publicò & observatio-
 ne communi hoc dedicandi vocabulum in marmoribus
 semper ferè his notis: D. *Dicatum*. DD. *Dedicavit* vel *dedica-*
runt. DDD. *Dedicavit* expressum legi ex prima *Gruterianarum*
Inscriptionum classe & totâ illâ sudatissimi voluminis mole in-
 dubitatum redditur; quanquam non minùs usitata sit ejus-
 dem

a) i. Obs.
 lum. 13.

β) sub partic.
 De.

γ) in Etymol.
 Rom. sub vo.

ae dicere.

dem suppressio, quâ Elogio non minimam, cum brevitate, venustatem conciliari meritò censet *Octavius Boldonius*, Elogiastarum facilè Princeps, in egregiò opere Epigraphic. citans ex *Auctore inscript. SS. vetust.* e) hanc inscript. **MERCVRIO. TEMPLVM. EX. VOTO. SVSCEPTO. CL. AVGVSTANVS. LL. M.** (* libentissimè meritò.) Supple, *dedicavit.* Significationem autem *dedicationis* † quod attinet, ea diversa est; Quandoq; laxiùs quodcunque rei vel negotii principium vel inchoationem denotat; Sic *Tertullianus* † *Nero* nem, dicit, *dedicatorem damnationis Christianorum* & alibi: *patibulò corpus Dei vestri dedicatur*, accipiens, *dedicare* pro *incipere*, in quò illum imitatur *Cyprianus*. Interdum strictius, pro quacunque rei adusus sacros destinatione, sumitur. Sic *Baldo* † *Dedicatio fit corde, verbo, opere.* Hic strictissimè *dedicationis* declaratione publica que testificatione capimus, quâ ratione apud *Ciceronem* & alios frequentius legitur quamvis & apud eundem *Tullium* † & *Gellium* † in *censum pro Flacco*. *dedicare* reperiatur, quod *Gronovius* † per in *censum deferre ex Ulpiano*, † explicat, istoque genere loquendi fraudatum eundem *Ulpianum* vel *Tribonianum* † conqueritur, dum pro *deducit* ibi *dedicat* legendum opinatur. † Frequens hodie, apud Canonistas in primis, *Consecrationis* vox, ipsi quoq; *Ciceroni* aliisque probatissimis Autoribus non minùs cognita, multiplicis tamen usus. In *l. 3. C. de bonis vac.* *Consecrare* est *consecrari* & *addicere*. † *Consecrari* Imperatores dicebantur, quando inter Deos referebantur, quæ *Consecratio Græco A. R. D.* vocabulo ἀποθέωσις & secundum *Tertullianum*, *Deificatio*, hodie *Canonizatio* (illò spurio, hòc Barbarò verbò. *Boldon.*) dicitur. De quâ videndi præter *Herodianum*, *C. Rhodiginus* & *J. C. Bulengerus*, † *Gutherius*. † *Tullius pro domò suâ*, (ubi se ac *curatè* & cum vi quâdam dixisse de se ipsò testis locupletissimus est, ad *Atticum*, †) tanquam *Synonymis* passim utitur vocabulis *Dedicationis*, & *Consecrationis*. Notam ergò vix effugerit esse, gratis & sine idoneo auctore fundamentoq; autumans; *faciliùs* fortassè admittendus, quando *separationem*, strictè sumtam, ut rei ritum à re distinguit, †

φ) *lib. 11. c. 37.* jus sententiæ *Plinius* φ) favere videtur, inquit: *Sacrum est ritum.* Sed ultra hinc descendere non est animus. † *Sacrare*, 10 unde factum consecrare, est Deo dedicare, sacrum facere & ita à communi usu statuque separare, quod fit; sive servetur, sive perdatur res, in honorem ejus, cui devovetur. Hinc li-

χ) *lib. 2. c. 12.* quærit quid *Livio* χ) sit: *Sacrare caput cum bonis*; scilicet innitur Consecratio illa contumeliosa, quâ præter bona, ipsi quoque homines, qui in Leges peccaverant, ita sacri efficiebantur, ut eos impunè occidendi cuique esset licentia, quò eorum animæ, quas ζόνας vocabant, ad Deos, cui sacrata, eò citius

ψ) *Leff. an. tit. l. 12. c. 11.* pertingerent, quâ de re (& cur *leges Sacrate* dicantur,) eleganter *C. Rhodiginus* ψ) & *Budaus*. ω) † *Inauguratio*, quoque; sim 11 ω) in *Annot. relig. ad ff.* pliciter pro *Dedicatione* sumitur, aliàs *inaugurare locum* est capto augurio locum rei gerendæ auspiciatum eligere. De quò

infra *cap. 2. Inthronizatio*, *Apertio*, Barbari seculi fœtus sunt, indigni Romanis labiis. Græcis elegans hâc in materiâ est † vocabulum, *Εγκαίνια*, compositum ab *ἐν* & *καινός* *novus*. *Sui-12*

dâ interprete sic dicebatur celebritas, quando novi quippiam foret gestum. Valde ridiculus est circa hanc vocem *Hugo*

α) in *Annot. Carrensis Cardinalis*, de quò refert *Erasmus* α) eum pro *Encenia* *Job. 10.* scribi voluisse *Encenia*, idque vocabulum deduxisse ab *EN*, quod est *IN* & *νέ* & *novum* & *CE* adjectionem esse in-

β) in *Job. c. 48.* tensivam sicut in *hicce*, *hocce*. Melius *Augustinus* β) *Encenia*, inquit, *festivitas erat dedicationis templi*. Græcè *ν. καινόν* dicitur *novum*, quodcumque novum aliquod fuerit dedicatum, *Encenia* vocantur. Jam & usus habet hoc verbum, si quis novâ tunicâ induatur *enceniare* dicitur. Scilicet è Græciâ *Encenia* migraverunt in Latium, quanquam deductum inde τὸ *Enceniare*

γ) *not. ad barbariem* redoleat. Sed de *Enceniis* infra pluribus *cap. ult. Can. 31. Con-*

Ex Beveregio γ) obiter monendum quid sibi velit † *Balsamon* 13

cil. Trull. δ) his verbis: ὅτε τελευτῶσι τὰ εγκαίνια, τὰ ἀνοίξια, καὶ ὁ ἐνθρονισμός. Scil. fuere tres distincti ritus in templi dedicatione u-

δ) in *can. 7. Nica. 2.* sitati, & quidem *ἐνθρονισμός* erat, quo *Episcopus*, in throno suo retrò *Altare*, vel ipsum etiam *altare* (*ἅγια τράπεζα*) in columnis suis, locatur. *Εγκαίνια*, dicta est ipsa *altaris* per proprias *Orationes* *Consecratio*: *Ἀνοίξια* verò, cum, omnibus *Consecrationis* ritibus absolutis, fores populo aperiuntur, ut liberè

ibi

14 † Hebræi Dedicationem vocant **הקדשה** n) à radice **קדש** ini. ce veteris Ec-
 15 tiavit, dedicavit. † Vernaculâ nostrâ linguâ effertur per voc. *cles. & d. tem-*
Einweihung / à *Weihe* i. e. *Sacer*, quod est à *Wih* / *wie* & *Weihs* *plis* recent.
 vetustissimus Teutonibus *sacer* & *Weihsen* / *Wien* / *Wihen* *Græcor.*
 Germanis superioribus & inferioribus dicitur *sacrare* five n) *Neb. 12. v.*
consecrare. Unde *Weihsenacht* i. e. *sacra nox* f. *natalis Domi-* 27. *Da. 3. v. 2.*
 ni, item *Weihs-Wasser* / *Weihs-Bischoff* / *Kirchweihs* / *Kirch-* † *Deut. 20. v.*
 16 *messe* vid. *infra cap. ult. & Martin.* i) Ordo nos † nunc vocat *5. 2. Par. 7. v. 5.*
 ad *TEMPLUM*, cujus etymon quod spectat, *Jos. Scaliger* cen- i) *in Lex. sub*
set esse à *τέμενον*, quò significatur *τὸ ἀπολειμμένον καὶ ἀφωρισμένον* - *voc. natal.*
rov ἰδιὰ χωρίον; ut *Eustachius* exponit. n) Et sic generatim su- *Domin.*
 mitur pro portione agri ab aliis resecti, & ut plurimum de a- n) *in IL. M. v.*
 grò, vel locò, qui Deo alicui vel Heroi est sacratus & ita ab a- *CCCXIII.*
 liis sejunctus & quasi resectus Religionis causa. Atque hoc λ) *l. 6. d. L. L.*
 etymon verisimilius est, quàm quod à *Varrone* proponitur μ) *lib. 4. c. 7.*
 qui id à *tuendo* deducit λ) ut templum sit locus qui ab omni *conf. ad c. 11.*
 parte adspici, vel ex quò omnis pars videri possit. *Pro tigno Barbarum* &
 usus *Vitruvius.* μ) Creberrimum nunc est Templum dice- *Philandrum.*
 17 re ædem sacram. † Veteres Christiani abhorrebant hanc vo- v) *ad l. 1. C.*
 cem tanquam Gentilem & plenam superstitione, ita seculo *Theod. d. fid.*
 adhuc IV. Templorum appellatione sola Gentilium Tempora *Cathol.*
 veniebant & Templorum cultus, pro cultu Gentilitio usur- ξ) *rubr. tit. &*
 pabatur, uti *ex l. 112. C. Theod. d. Decur. l. 3. 4. 8. 16. 19. C. Theod. consecr. Ec-*
d. pagan. sacrif. & Templ. it. ex l. 2. & 3. d. Apostat. optimè ob- *clesia. de im-*
 18 *servat 7. Gothofredus.* v) Suis a. † sacris cœtibus destinatas mun. *Eccles.*
 ædes, ex quò sc. habere cœperunt, *Ecclesias* appellabant. & *passim.*
 Quam appellationem hodiè passim receptam esse videmus, o) *rubr. tit. d.*
 præsertim apud Canonistas ξ) & in ipsò Codice Justiniano. *SS. Ecclesiis.*
 o) *J. Gerbardus* π) eam impropriam & *καταχρηστικὴν* esse conten- π) *in loc. d.*
 dit, quæ sententia quoque est *Valla.* ρ) *Multi* inquit, *Ecclesiam*, *Eccl. c. 2. n. 9.*
nescio quò jure, ædes sacras appellant, cum cœtum hominum significet ρ) *lib. 4. c. 47.*
non loca. Ex quibus *tn. Gerbard. c. l. admittit* apud *Demosthe-* σ) *orat. pro*
nem σ) & *Lucianum* τ) (addimus ex *Institutt. Gaji. §. 2. de Liber-* coron. τ) *in*
rat. serv. & §. 2. de Rebus, loca paucissimis hic observata, *dial. Mercur.*

quanquam in utroque suspecta nonnullis sit lectio, & in *primò* miretur non nemo, unde *Gajo*, Ethnico, Ecclesiæ nomen?
 & propterea legendum censeat: *aut in censu*; alterum quo-
 u) *in voc. di-* que interpolatum à Gothis suboleat *Calvino Lex. jur. v)* au-
 vini juris. ctioribus *Pratejò & Briffoniò.*) Ecclesiam pro locò conventus
 accipi; in Sacris v. Literis hanc significationem nusquam
 occurrere; Cui sententiæ meritò nostrum apponimus cal-
 culū, certi, ea, quæ in contrarium afferuntur, talia non esse ut
 fidem extorqueant. Sanè nihil obstat, quo minus *verba Pauli*
 φ) *1. Cor. XI. φ)* nō de locò, sed de cœtu fidelium explicentur, præsertim si
 18. *collato v.* consideretur, Apostolorū tempore nulla omninò fuisse Chri-
 20. stianis templa publica, sed eos in privatis Domibus conve-
 nisse; quanquam & in Synagogis judæorum quandoq; con-
 gregarentur, quas tñ. pro Ecclesiis sive templis habitas nequa-
 quam admittent adversarij; Neque absurdum est *domum*, si-
 cuti c.l. Ecclesiam nominat Paulus, eamque opponit *privatis*
 x) *in Cathol.* Domibus in quibus edere liceret, etiam accipi pro ejus habita-
 Orthodox. toribus & pro familiâ privatâ, quæ optimè opponitur publi-
 tr. 2. qu. 27. co cœtui, uti benè notat, *Andr. Rivetus.* x) Dissentiunt Pon-
 tificij ferè omnes, quorum antesignani *Card. Baronius, Card.*
 †) *Epigraph. Bellarminus, C. à Lap. & recentior Octav. Boldon.* †) *suprà lau-*
 lib. 2. *class.* datus, novissimè quoque *Card. Bona*, egregius alioqui scri-
 4. m. 4. ptor, *rer. liturg.* ubi citat pro suâ sententiâ *Augustinum.* ω) Qui-
 ω) *qu. 57.* buscum hîc diutius configere nō vacat. Igitur ad aliâ. † *Na- 19*
vis citra translationem appellatio de Templo omninò impro-
 pria est & ex triviis recens petita. Credibile autem videtur
 a) *Epigr. lib. 2.* Boldonio a) irrepisse corruptelam ex affinitate Græcarum vo-
 cum *Ναός, ναὸν & Ναῦς, ναός*, quarum altera templum (& in spe-
 cie in Ecclesiâ Græca locum ubi erat *ἑστία τῶν πριστῶν καὶ συν-
 σαμμένων*, adde *Beveregium & Allatium*) altera *Navim* significat.
Ναός Actor. 19. v. 24. significat exiguas ædiculas argenteas, in
 quibus simulachrum Dianæ erat ad effigiem veri templi & si-
 β) *Hist. N. l.* mulachri. Qualis ædiculæ Veneris Cnidiz meminit *Plinius*
 36. c. 5. β) *Naisia* vocat *Polybius, Dio*, *Ναῖς μινγέες.* *Strabo* γ) quoq; *ναῖον*
 γ) *lib 14.* & *πικροθῆνας* commemorat. Solebant n. Ethnici in pompa
 Deorum imagines circumgestare, idq; in curru ei usui desti-
 nato, quem Romani *thensam* dicebant, vel in pyxide, quam
 feru-

- ferculum vocabant, idemq; ferè erat quod Græcis *ναός*. Scho- δ) ad Aristot. liastes: δ) *Ναός*, inquit, sunt *εἰκωνοειδέα* capellula cum imaginibus Rhet. 1. 15. *inclusis* &c. Hinc lucem fœneramur loco Ciceronis ε) *cum, a- e)* in Verrem. dem, inquit, Minerva in Apollinis fano posita &c. Vid. Thomasin. ζ) de dona-
- 20 (ζ) Curia & Templum nō rarò Synonyma sunt. † Scil. Templum *riis* c. 3. Curiam Romanam sonat, vel, ab honore & religione Patrum; η) *Ado. lib. 3.* vel, quod in Templis nonnunquam Senatus habitus. *Bar- c. 10.*
- 21 *thius. η)* confer Gellium, θ) † Delubrum, scribit Servius, ι) appellari θ) *N. H. lib.* quod sub unò tectò plura complectitur Numina, ut Capitolium, in 14. c. 7. quò est Minerva, Jupiter, Juno. Juxta Varronem κ) est propriè ι) *lib. 3. Satur.* locus in quò constituitur Deus quispiam; imò juxta Servium λ) *li- c. 4.* gneum simulacrum delubrum dicitur à libro h. e. raso ligno fa- κ) *lib. 8. rer.* Etum, quod Græcè *ζόανον* vocatur conf. l. n. C. Theod. d. paga- divin. *nis sacrif. & templis* ibi: nemo delubra suscipiat (aut si mavis *su- λ)* ad 4. *Æ-* spiciat vid. l. 10. *ibidem: simulachra* suscipiat.) Vossio μ) placet neid. Delubrum esse fontem aut lacum ante templum, ubi se delu- μ) in *Etymol.* erent, & sic à Deluendo dictum, sicut à *prohibeo* *prohibrum*, un- Rom. *de probrum*; à *polluo* *pollubrum*. conf. *Barthium. ν)* Isidorus ξ) ν) *adv. lib. 32.* hoc vocabulum & Christianorum templis aptari posse cen- c. 1. in f. *suit; ipsa, inquit, nunc sunt ades cum sacris fontibus, in quibus ξ) c. 1. in f. lib.* fideles regenerati purificantur: & benè quòdam præfagio delubra 15. c. 4. *sunt appellata: sunt enim in ablutionem peccatorum. Quan- ο)* ad A. C. 58. quam hæc accommodatio Cardinali Baronio ο) non placeat. *tem. 2.*
- 22 *Fanum* † propriè dictum quod *fando* consecraretur, aut ab π) *lib. 10. c.* eo, quod Pontifices in sacrando fati sint finem, ut *profanum*, 37. in fin. quod ante *fanum* est, i. e. fano junctum. Vossius putat *fanum* ρ) *ad Attic.* esse ex eò, quo id Græci similiter *ναός* vocent. Et quidem pri- *lib. 12. Ep. 35.* mò *ναός* μέλας *θεός* fuisse *αἰνός* sed spiritum abiisse in F. Priori *Ety- σ)* *histor.* mologiz magis favet Livius π) *in eà pugnâ*, inquit, *Jovis stato-* *deor. synt. 17.* *ris adem votam, ut Romulus ante voverat: sed fanum tantum i. e. n. 10. p. 454.* locus templo effatus, jam sacratus fuerat. Estigitur *fanum*, locus τ) in verb. *sa-* *facer* sine ædificiò, *ιερόν*, conf. Ciceronem ρ) & Gyraldum. σ) *Sacel-* *cellum.*
- 23 *lum* *ἱεροχοεῖσινόν* ex † τῷ *sacrum*, non, quasi *sacra cella*, ut Tre- υ) *conf. Æli-* *batius* volebat, erat locus parvus Deo sacratus cum arâ; ad- an. *lib. 17. c.* *dit Festus, τ)* *sine tectò*, quâ ratione ferè nihil à fanò differt & i- 47. *histor. A-* *dem* est quod Græci dicunt *περὶ βολόν* i. e. *Conseptum*: υ) *nem-* *nimal.* *pe* locus sacer tantummodò clausus muro vid. *Vossium; φ)* *Pa. φ)* *sub voc.* *pias sacer.*

χ) *Epigr. l. 2. pias* de locis Deorum agrestium interpretatur, quod *Boldo-*
cl. 4. memb. nius χ) ad ædículas transfert, sive illæ solitariae sint, sive mem-
 14. bra majorum ædium atque templorum, inque eam rem affert
 ↓) *in select.* memoriam Romanam in Hypogæo templi sanctæ Crucis ex-
delic. tra muros inscriptam Ao. M.D. XLII. cujus initium *SACEL-*
 ω) *l. 9. ff. d. R. LVM. DEO. OPT. MAX.* in honorem *S. Helenæ* dicatum &c. citan-
 D. l. 1. ff. ne te Sueertio, ↓) *Quanquam si cum Festo* tectum sacello adima-
 quid, in loc. mus, *Boldonius* iste relinquetur in pluviâ. † *Sacrarium*, locus 24
sacr. est in quô sacra reponuntur, quod etiam in ædificio priva-
 α) *in August.* to esse potest ω) Pro sacello locoque sacrato sumfit *Suetonius*,
 c. 5. α) & *Cicero*, β) In re Christianâ dicitur *sacrarium* illa pars, in
 β) *6. Verr. 3.* quâ sunt clerici ad celebranda sacramenta, γ) (*Altarium, Græcè*
 γ) *Extr. d. cõ. Βῆμω*) in *l. ult. p. 12. ff. de muner. & honor.* est *aula Principis.* conf.
secr. Eccles. l. 11. de pænis C. Theod. & in l. 49. d. hæreticis C. Theod. est *ærarium*
 δ) *Mars-Principis.* Ejusd. ferè significationis *Sanctuarium*, nisi quod † 25
ham. canon. aliquando pro loco aut etiam librô in quô res arcanae sanctæ-
chron. p. 210. que habentur, usurpetur. *Tabernaculum* in veteri Testamen-
 ε) *l. 1. c. 8.* to † quid fuerit, liquet ex multis Exodi locis. confer *c. 7. dist. 26*
 ζ) *in var. suis 77. δ)* *Seculô IV.* illam portatilem Constantini M. Eccle-
lection. siam, quâ in bellicis expeditionibus utebatur *Tabernaculum*
 η) *Numer. 25.* dictam fuisse ex *Sozomeno* ε) docemur. *Actor. 7. v. 43.* legimus
Psal. 106. de *Tabernaculo Moloch*, quod *Petitus* ζ) & *Drusus* interpretan-
 v. 28. tur *βαλζορον* in quô sedebat imago Moloch, notatque *L. de Dieu*
 θ) *Adv. l. 32.* idololatrias tentoriis & thenis Deos circûferre antiquissimô
 c. 1. in f. ritu fuisse solitos & idem ab Israëlitis factum narrare *S. Ste-*
 ι) *Cæl. Rho-* phanum, in desertô sc. cum coluerint *Baal-Peor* η) nam *Baal*
dig. lib. 28. & *Moloch* idem. Confer *Petitum* l. c. & ea quæ supra ad voc.
 c. 11. *Næos* diximus. † *Oracula* templa sunt ubi oratur & unde re- 27
 κ) *pag.* sponsa redduntur. *Barthius.* θ) † Frequens apud Christianos, 28
 CCCXLIV. postquam ædes sacræ ab iis extrui cœperunt, *Basilicarum* ap-
 2. CLXXI. 2. pellatio. Est autem *Basilica* è Græcô etymô primum *domus*
 3. 7. adde *l. regia*, inde quævis alia ampla cognitioni causarum destinata;
 32. p. 4. ff. de propterea quod Reges eò venirent adjus dicendum. *Trans-*
aur. & argēt. latione demum est publica quæque domus in Civitate, ubi
leg. 137. p. 6. ff. magistratus habitant, ubi consilia, judicia, *Conventus pu-*
d. V. O. l. 21. C. blicè celebrantur, ι) cui sententiæ favent marmora quædam
d. oper. publ. literata apud *Gruterum.* κ) Hinc sacræ ædes, vel quod amplio-
 res

res ac magnificentioris structuræ; *vel quod*, Deo Regi Re- λ) *Isidor. lib.*
 gum ibi cultus exhiberetur; λ) *vel quod*, basilicis dirutis, ea- 15. c. 4.
 rum spacium occuparent, & integræ etiam Basilicæ in Eccle- μ) *Card. Bo-*
 fias converterentur, μ) (quò pertinet illud *Ausonij*: ν) *Basilica na l. 1. c. 19. n.*
olim negotiis plena, nunc votis,) à Christianis Basilicæ sunt nun- 4. *rer. liturg.*
 cupatæ. Jussit & *Plato* ξ) templa Regalibus Domibus jungi. ν) *orat. ad*
 Illud obiter notandum distingui à Canonistis *Ecclesiam* à Ba- Gratian.
silica, ita, ut *Basilicam* appellent majorem Ecclesiam antequam ξ) *lib. 6. d. LL.*
 consecratur, post consecrationē demum *Ecclesiam* vid. *Glossam* ο) *in c. 1. ext. d.*
 ο) & *Brunum*. π) Sæpè tamē promiscuè ista vocabula usurpari *relig. Domib.*
 observat *Abbas* ρ) & *Dav. Blondell*. σ) Plura de Basilicis annota- π) *lib. 3. d. ce-*
 29 vit *Barthius*. τ) † Ab iis rursus alia dicunt esse *Oratoria*, Græcis *remon. c. 1.*
Ευκλήεια & *προσευκλήεια*, quippe quæ intra privatos parietes ex- ρ) *in cit. c. 1.*
 truantur, & sint *Sacella* causâ pietatis & orationis ædificata, υ) σ) *de Episc. &*
 quæ significatio hodiè invaluit; ipsum tamen verbū substan- *Presbyt. sect.*
 tivè sumtum improbat *Vossius*, φ) vocabulis accensens *Barba-* 3. *pag. 226. &*
ris, cui *Boldonius* χ) domesticis suis & suspectis ideò testimo- 248.
 30 niis minimè satisfacit. † Templa porrò Christiani vocarunt τ) *l. 60. Adv.*
κνείαντα, sc. *δινία*, & Neutro genere *κνείαντα*, ψ) à quò *Nostrom* *col. 2833. seq.*
 illud *Kirche*. Porrò prodiit inde Latina denominatio, quod υ) *Nov. 123. c.*
 appellentur *Dominica*, & *Dominica*, ex quò apud Germanos 18. *Nov. 131.*
 Templa Episcopalia *Dohm* vocantur, unde *Dohmherren* / c. 7.
Molanus ω) tamen mavult deducere à *Bissh-Dohm* / per Sylla- φ) *lib. 3. d. vi-*
 bæ abjectionem accelerandæ pronunciationis ergò, quasi *tiis sermon.*
 31 plenè dicas, *Bissh-Dohm Kirche*; † *Eusebio* α) dicuntur & *μνα-* c. 30.
 32 *σηεια* s. Collegiatæ Ecclesiæ, unde nostrum *Münster*. † *Mar-* χ) *Epigr. lib.*
tyrii vocabulum *Constantini* temporibus usurpari cœpit & 2. *cl. 5. m. 13.*
 quidem erant *Martyria* memoriæ *Martyrum*, excitatæ in lo- ψ) *Casaub.*
 cis, ubi origo alicujus habitationis, vel professionis, vel passionis fi- *Ex. 13. ad An-*
 delissimâ origine tradita fuit, non tantum ubi corpora aut ali- *nal. Baron.*
 quæ reliquiæ essent, uti id colligitur ex *Codice Canonum Eccles. sect. 17. sub*
African. c. 83. De hâc voce agit *Baronius* in notis ad *Martyrolo-* *fin.*
gium die 6. Julij, in quò locus, ubi plura *Martyrum* corpora ω) *tr. de Cano-*
 sepulta sunt, *Concilia Martyrum* nuncupatur. *die 23. Junij. re-* *nicis l. 3. c. 3.*
 ferente *Card. Bonâ*; β) Sic etiam templum Hierosolymitanum α) *lib. 9. c. 10.*
 circa Annum imperij *Const. 30.* in loco cranij ædificatum, β) *l. 1. c. 19. n.*
Martyrium magnum dicebatur, ut *Sozomenus* γ) tradit. confer 4. *rer. liturg.*
 B 1. 7. γ) *lib. 2. c. 26.*

d) 43. Adv. l. 7. de sepulchr. viol. Cod. Theod. & ibi Gothofr. Apostolica, (quò
 c. 8. nomine omne id, quod egregiū est inter homines, honorari
 e) Theodorus ait Barthius, d) dicebantur, quæ Apostolorum; & Prophetæ,
 lector lib. 1. quæ Prophetarum memoriæ dicata erant; e) De Apostoleo
 ζ) ad A. C. Constantinopolitano Baronius: ζ) Reliquia S. Samuelis in ejus
 394. n. 6. inf. Prophetæ sunt profetæ. η) Tituli quoque dicuntur templa Chri-
 Sozom. lib. 1. stianorum, quæ autem fuerit origo eorum; quâ de causâ s.
 c. 17. quâ occasione erecti fuerint; an idem initio fuerint titulus
 η) Card. Bona & Ecclesia, ut pleriq; sentiunt; an aliquod discrimen interces-
 l. c. l. 1. c. 19. ferit, ut mavult Florentinus, nimis operosum foret hîc diligen-
 n. 4. tius examinare, adi Card. Job. Bonam l. c. D. Strauchium. θ)
 θ) Amæn. jur. De Pharos, Bulengerus. ι) † Ædes in singulari semper ferè pro fa- 33
 Canon. Ecl. 3. crâ domo, rarius pro privatâ. Ædiculæ a. sunt ædes minuscu-
 c. 14. lã incustoditæ, quas, qui tentaverunt, amplius quàm fures,
 ι) lib. 3. de minus quàm sacrilegi merentur. κ) † In veteri fœdere non ra- 34
 Templis c. 4. rō occurrit בית יהוה & inde Domus Dei in Novô; ipse
 λ) l. 9. ff. ad L. Salvator: λ) Domus mea Domus orationis vocabitur. Eadem ferè
 Jul. pecul. significatione, sensu tamen Ethnicô, legimus apud Vitruvi-
 conf. Guther. um; μ) † Sessimonium Deorum, si Philandrum sequimur, qui pro 35
 d. vet. jur. templo accipit; aliàs non incommodè intelligetur in specie
 pont. l. 3. c. 2. de locis, in quibus fixa erant simulacra & Dij ita quasi sede-
 λ) Matth. 21. bant. l. 19. C. Theod. d. paganis &c. vocat sedes simulachrorum
 v. 13. Græci ἐδραιώμα, καθ' ἐδρα, ἐν Θεῶν, in Glossis veteribus Vulcanij:
 μ) d. Archit. ἀπόθεσις Dei solium; Achitectis Italis inde Nicchio, Gallis, Ni- 36
 l. 7. in proæm. che: † Eine Vertieffung / darein man bey Verziehrung der Ges-
 η) in Apothe- bände die Statuen zu stellen pfleget. † Reperitur & Idolium i. e. 37
 si &c. Templum idolo colendo structum. Prudentius: ν) Ecquis in
 ζ) 1. Cor. 8. idolio recubans &c. quò loco benè antiquus Scholiographus:
 ο) Adv. l. 4. idolium est templum idoli, & notavit locum Pauli ζ) Victor Gi-
 c. 7. selinus quò sanè εἰδωλείον etiam fanum designat. Vid. Barth.
 π) d. vet. jur. ο) † Cella pars templi, in quâ Deus vel Dea concludebatur, 38
 Pont. l. 3. c. 3. Gutherius π) substituit hodiè Capellam, intolerandum Latinis
 ς) c. l. 2. cl. 4. vocabulum, censente sic Boldonio, ρ) ineptamq; ejus perstrin-
 m. 14. gente originem, quod sc. Diminutivum sit à capra, quæ non
 modò significet speciem pecudis, sed etiam per Metonymiam
 tentorium caprinis pellibus integri solitum, ut Hebræis taber-
 naculum, ex quo tractum nomen pro ædicula s. Domuncu-
 la

la sacris faciundis destinata. Hæc omnia paulò uberiùs nos
 executos fuisse & multa imprimis ex Ethnica fæce collegisse,
 nemo mirabitur fortassis, qui in subsequentibus passim non
 pauca ex his recurrere videbit vel etiam in cathedra, si negle-
 cta hîc fuissent, negotium creatura cogitabit, quæ hîc semel
 explicari non ingratum fuerit; accedit quod Dedicatîonis
 origo, ritus, aliaque ad eam pertinentia, non ex vero atque
 limpidissimo tantùm Religionis fonte, sed & ex Gentilium,
 quantumvis lutulentis, superstitionum lacunis deducenda
 fuerint, si textum, gentilis Icti fœtum, à Christiano tamen
 imperatore receptum & legis auctoritate donatum satis illu-
 39 strare voluerimus. † Restant adhuc *Altaria*, quæ, cum & in
 sequentibus sparsim saltem de ijs agere sit animus, hîc quoq;
 paucis absolvemus. Unde dicantur & quomodo *ab Aris* dif- σ) *ad Ecl. 5.*
 ferant docet *Servius*. σ) Est scil. *ab altus, altar*, quomodo vete- v. 65.
 ribus dicitur, observante *Barthio*, τ) sive *altare*, ut à *lucus* lu- τ) *8. Adv. 12.*
 car, quod prius fuit *lucare*; *Isidoro* est quasi *alta ara*; aliis à su-
 pino *altum*, quia igni addentur alimenta; quæ tamen minùs
 placent. Secundùm *Servium altaria Superiorum tantùm sunt*
Deorum, ara tam superiorum quàm inferiorum & ex quorundam
sententiâ, altaria significant τὸ ἐπιτορον, sive superiorem aræ
partem, ubi ignis accenditur extaque comburuntur; jam il-
lud ipsum, quod aræ imponitur. Quæ tamen utraque signifi-
catio fortassis est impropria, licet Servium habeat auctorem.
 40 † *Jacobus Davus*, Episcopus Ebroicensis υ) probare conatur υ) *lib. adver-*
aras esse, quæ Græcis βωμοί, altaria verò θυσιάστεια. Illa fu- *sus Plessaum*
isse Gentilium, qui accendebant in aris; hæc Christianorum, p. 164. & sqq.
in quibus θυσιάσταια καὶ θυσιάστεια ἱεροπέλα, ut vocat Eusebius.
 φ) Græcum βωμός videtur esse ab Ebr. אֲרָז, quò pro ara φ) *in vita Cō-*
excelsa in montibus aut collibus extructâ sæpe utuntur He- *stantini l. 4.*
 41 brai in S. Literis. † In veteri Græcorum Ecclesia occurrit χ) *Advers. c.*
αἴτια ἀγάπησα de qua Beveregius & Allatius l.c. quibus adde Bar- 13. inf. lib. 40.
thium; χ) Mensa Domini, Ignatio, †) unde apud nos: Zum Tisch †) in Epist.
des Herrn gehen. Et vetutilissimis Christianis Ara & mensa adde Malach.
eandem rem designat. ω) Romani quoque mensam pro ara 1. v. 7. & 12.
ponebant, Festus: Curiales mensæ in quibus immolatur Junoni. ω) 1. Cor. 18.
Debebant a. mensæ in templis esse dicatæ & tunc ararum vi- v. 21.

a) d. V. I. P. cem præstabant Gutherius; α) apud Macrobius, Mensa Augusta,
β) lib. 18. c. quæ Augusta facta i. e. consecrata. Turnebus β)
14. Advers.

CAP. II. QVID SIT DEDICATIO ET QVOTVPLEX.

SUMMARI.

1. Definitio Dedicatiois. 2. Agendi verbum quomodo differat à gesto & dicto? 3. à negotio? 4. à factò? 5. Actus legitimus quid? 6. Sacer. 7. Mensa quid? An Plura Altaria in unâ Ecclesia simul possint consecrari? 8. Removentur Donaria. ἱερὰ στέυη, ἀναθήματα. κειμήλια. 9. Mos animalia Diis consecrandi. Græcis ἀφιέζωα. 10. De Hominum consecratione & Dedicatioe. 11. Ædificium in jure nostro quid notet? 12. De adificatione & fundatione Templorum. 13. Ceremonie in fundationibus observari solita. εὐροπήγρια. εὐροπήγρια πατεραρχικά. 14. Lapis fundamentalis inscriptione designatur. 15. Tempa definire Gentilibus quid? Fana sistere; adem designare; Augurum officium. 16. Exauguratio. Formula in manumissionibus sacrorum causâ. 17. Lapides sacri & auspiciati. 18. Structura Templorum, eorum adificandorum ratio ex triplici natura Deorum petita. De structura Templi Hierosolymitani remissivè ad Vilalpandam; Græcorum Templorum, ad Allatium & Beveregium. 19. Explicatio verborum in definitione; Divini Numinis cultui. 20. Numen h. l. quid? 21. Cultus quid? quotuplex? Administrerium Dei §. 6. Inst. d. R. D. 22. Removentur Dedicatioes Domuum apud Judæos usitatae. Deut. 20. v. 9. 23. Titulus psalmi XXX. de qua dedicatione intelligendus? 24. Dedicatio muri facta per Neemiam Neem: 12. v. l. 27. 25. Gentilium mos dedicandi muros & portas. Cur Gajo muri dicantur quodammodo Divini juris? A Diis porta nomen sortita. 26. Talmudicorum traditiones, de consecrationibus urbium Palæstine per tres ingressiones. Quibus in rebus posita urbium Religio? quare vicorum villarum, nulla facta consecratio remissivè. 27. Dedicatio novæ Romæ apud Baro-

Baronium. 28. Operum locorumque publicorum apud Romanos dedicationes; Theatri, Bibliothecarum, Fori, Gymnasiorum, Scholarum, Hortorum. An hæc Sacra, Sancta, aut religiosa? 29. Quid sit Solemniter, & ritè? Etruscorum libri rituales, Pontificum Rom. Pontificales; augurum augurales; Aruspicum, Aruspici. 30. Publicè h. l. quid denotet? Privata dedicatio removetur. Quatenus privatis dedicare permissum? Ara privata aut funebres aut honoraria.

† **P**remisam hanc Nominum explicationem excipit ipsa rei definitio, quam omisiss aliorum delineationibus, sic commodè tradi posse putamus, quod scil. *Dedicatio templorum vel altarium sit † Actus legitimus sacer, quo mensa vel adificium divini Numinis cultui solemniter & publicè, mancipatur & ad eum usum primà vice applicatur.* Genus est totum illud complexum: *Actus legitimus sacer*; quò utimur, quod actus solus justò remotius genus videatur, notio autem nulla occurrat, quâ constrictiorem agendi rationem commodè complecteremur, quod Græcè loquentibus, pro illius linguæ luxuriâ, non æquè difficile esset futurum. † *Actus* autem & agendi vox est latissima, α) & comprehendit omnia α) *l. 19. ff. de quæ quòvis modo fiunt. Ejus significationes faceretè comple-* *V. S. l. 8. C. de fer.*
titur Martialis:

*Semper agis causas, & res agis Attale semper;
Est, non est, quod agas, Attale semper agis;
Si res & causa desunt, agis Attale mulas,
Attale ne quod agas desit, age animam.*

Quas in jure reperimus, enumerat *Rebuffus. β)* Et differt qui- β) *ad c. l. 19. dem Actus l. à gesto & dicto* tanquam genus à specie; utrumq; e- *ff. de V. S.* nim comprehendit actus, & agimus tam *verbis*, ut in stipulatione, quàm *re*, ut in numeratione: Sed *gerere* de re dicitur sine verbis; [quanquã hoc discrimen perpetuū non sit, magis interim observatur quàm quod cõstituebat *Valla*, qui *acta* putabat γ) *cit. l. 19.* esse rerū, privatarum *gesta* publicarum.] *dicere* tantum de verbis. γ) Quàm commodè igitur h. l. adhibitus actus, infra in doctrinâ de ritibus patebit, si utramque ibi actus administrandi rationem spectaverimus. II. † *A Negotio*, ubi plures sunt actus δ) *l. 6. §. si* unum finem respicientes, δ) quod quamvis in causa nobis *ff. de N. G.* esse potuisset, ut negotii verbo ad genus exprimen-

dum uteremur, abstinuimus tamen, quod istud aliquid vica-
 rii & respectivi ad alterum, cujus est negotium, involvere &
) arg. l. 1. & praterè ad rem familiarem pertinere, magis videatur.) III. 4
 passim ff. d. † A Facto, eòdem ferè modò quàm à Gestò, cum gerere non
 N. G. solum βασιλευ, sed etiam πρῶτον significet, quod confirmat
) l. 2. d. V. S. Gajus;) Actus tamen interdum pro factò sumitur.) † Dicitur
 n) l. ff. rem porro Actus legitimus, quo nomine nobis veniunt omnes a-
 ratam habe- ctus, qui sunt inducti ab aliquà juris scripti parte;) vel se- 5
 ri. cundum Rebuffum, qui à jure Civ. inventi vel subnixi vel aliqua
) gl. in l. 77. lege firmati sunt.) Accommodatur etiam ad actus Spirituales,
 ff. d. R. I. A. ita, ut & hi dicantur legitimi, uti loquitur Tuschus, n) Nam ad sa-
 lex. Conf. 75. cra quoque ambitum suum leges extendunt & sacra quoque
) l. 4. C. ad L. jura sunt. Legum verò auctoritate in dedicatione opus est
 Jul. d. adult. propter effectum, ut enim aliquid pro re Sacra in Civitate
 n) lit. A. con- habeatur, ejusdem jura & privilegia nanciscatur & iis gau-
 cl. 128. & 129. deat, necesse est ut lege fulciatur ea qualitas, aliàs in ordine
 ad Deum & internum Numinis cultum precumque effica-
 ciam extra terminos specialis mandati Divini, nihil eà opus
 est, ut rectè Nostrates adversus Pontificios sustinent. † Ad- 6
 ditur Sacer, qui scil. ad Religionem pertinet, quò sensu hoc
 vocabulum Scaliger à Thuscis Romanos accepisse censet,
 & sic opponitur h. l. actui legitimo forensi s. seculari & Pro-
 fano conf. c. si clericus laicum de foro compet. in 6to. ubi Judex
 forensis pro seculari; Sequitur in definitione: quò † Mensa; 7
 utimur generali vocabulo Mensæ, eò sensu, quo communiter
 usurpari consuevit, scil. pro utensili, in quo dapes & res
 aliæ ad usum pertinentes apponi solent; Varroni ita dicta
 quod in mediò poneretur, à μέσος, medius, primùmq; quadra-
 λ) lib. 33. c. 11. tam fuisse Plinius λ) tradit. Confer supra finem cap. preced. Cum
 Hist. Nat. autem singulari numero loquimur, id indefinitè factum vo-
 lumus, memores plura in unâ Ecclesiâ altaria & plures Epi-
 μ) cap. 5. X. d. scopos simul posse consecrari, μ) adde Tuschum. ν) Mensæ au- 8
 Consecr. Ec- tem appellatione excludimus alias res dedicari solitas, † mo-
 cles. & alt. biles imprimis, quanquam in primitiva Ecclesiâ ipsa Altaria
 ν) lit. A. Con- Christianis tam splendida atque fixa non fuerunt, uti Israë-
 cl. 131. sqq. litis olim, Gentilibus quoque, atque nobis ipsis hodiernum
 ξ) d. V. I. P. sunt. De structura altarium vid. Gutber. ξ) & imprimis
 Card.

Card. Bonam. d) rer. liturg. Et maximè hîc removenda *lib. 1. c. 20.*
 veniunt *Donaria* seu omnes aliæ res mobiles, quæ, vel ex *rer. litig.*
 voti obligatione vel ex merâ liberalitate Numini solent
 offerri; *π)* (quæ *Donarii* vox aliàs non rarò pro locò sumi- *π)* *l. 4. §. 1. ff.*
 tur, in quo Dona reponuntur, vide *Virgilium, ρ)* ad eum, ad *L. Jul. pe-*
Servium, & A. Gellium. ς) *Justinianus* *Donaria*, de quibus hîc *lat.*
agimus, ιεγὰ σέβον τ) vocat; *Glossa* *ιεγὰ ἀναθήματα* ab *ἀναθεῖναι, ρ)* *3. Georg.*
suspendendo, quod dicata Diis suspenderentur è tholis ac co *v. 531.*
lumnis templi, Hesy chius υ) & *Suidas* conf. *Marsham. χ)* *Græ- ς)* *N. A. lib. 2.*
cis etiam dicuntur *ἀκίνητα*, non, quod sua naturâ immobilia, *c. 10.*
 sed quia ea moveri nefas, & *κειμήλια* adde *l. 21. d. SS. Ecclesis. τ)* *Nov. 120.*
 Quid apud Gentiles ejusmodi rerum consecrari cuique Deo *c. 10.*
 solitum fuit eleganti tractatu explicat *Jacobus Philippus Tho- υ)* in *ἀνάθη-*
masinus *Episcopus Aemoniensis. ↓)* De *Judæorum Donariis* vide *μα.*
l. 25. Cod. Theod. de Judæis cælicolis & Samarit. ibique Go- χ) *Canon.*
 9 *thofr. t. 6.* Excluduntur hîc non minùs *animalia*, *bruta ma- Chronico. p.*
ximè, quæ Diis consecrare per Dimissionem vetus mos fuit. *169.*
Athenaus ω) *ιερόν ιχθύν τὸν ἀέρον, ὡς καὶ ἱερόν βέν τὸν ἀέρον, sa- ↓)* de *Dona-*
rum piscem, ut & sacrum bovem dimissione consecratum refert. *riis ac libel-*
 Sic in Junonis Laciniæ templo omnis generis sacrum *Dex lis votivis.*
 pascebatur pecus sine ullo pastore, *Livius, α)* & *Julius Cæsar e- ω)* *lib. 7. c. 7.*
 quorum greges in trajiciendo Rubicone consecravit, quos *p. 282. b.*
 vagos & sine custode dimisit. *Suetonius: β)* *ultra Euphratem α)* *lib. 24.*
Boves Dianæ Persicæ sacrata pascantur: his ad victimam solum u- β) in *Jul. c. 8.*
suntur; de cætero per regionem vagantur ἀφετοι libera; χαράγμα-
τα φέρονται τῷ Θεῷ, λαμπάδα, facem ferentes, insignia Deæ. De
 his igitur animalibus, *ἀφείδαι & ἀνείδαι* dictum. Quædam
 tamen *ἀφετα*, sub custodiâ, quales fuerunt anseres in Capi- *γ)* *Can. Chro-*
 tolio, quorum cibaria Censores locabant primùm. Confer, *nic. pag. 207.*
 quos allegat *Marsham γ)* occasione *hirci emisarii*, de quo ibi *sq.*
 latius agit; & *Casaubonum. δ)* De *Hominum Consecratione*, & *δ)* in *cit. A-*
 quidem *Contumeliosa*, quædam *cap. 1.* attigimus; de *Dedica- thenai locū.*
 10 *tionem autem propriæ personæ, † eâque honorificâ* agitur in *Cod. e)* *Auth. in-*
Justin. e) & hodiè apud Pontificios fit per Professionem post *gressi. d. SS.*
 annum probatorium in monasteriis, conf. *Barbosam; ζ)* quæ *Eccles.*
 omnia seclusimus ab institutò nostro, ne in volumen ex- *ζ)* *Syn. Jur.*
 11 cresceret commentatio sic satis ampla; † igitur ad *Ædifi. Eccl. Univ.*
cium, l. 1. c. 42.

cium; Appellatio a. ædificij in Jure Nostro aut superficiem
 n) l. 81. §. 3. ff. notat, aut solum quoque, cui ædificium superpositum est. n)
 de leg. 1. In quâ posteriori significatione illud h. l. sumimus, requiren-
 s) l. 139. §. 1. l. tes prætereà, ut sit perfectum, quale s) dicitur quod jam verè
 s. §. 1. d. v. 5. i- in usu esse potest, licet actu ipso nondum sit; quò differt ab
 big. Gæddæg. ædificatione & fundatione templorum, de quibus hîc pauca sub-
 jicienda sunt. † Et quidem de ædificatione extat sequens 12
 Canon Aurelianensis Concilii de Consecr. dist. 1. quod nemo Ec-
 clesiam debeat ædificare, antequam Episcopus civitatis veniat, &
 ibi crucem figat: publicè atrium designet, & ante præfinit, quæ
 ædificare vult, quæ ad luminaria & ad custodiam, & ad stipendia
 custodum suffiunt: & ostensâ donatione sic demum ædificet. Nem-
 pe Episcopi est exquirere, num fructus & reditus sint suffi-
 cientes, num ædificium fiat loco congruo, num causa justa
 ædificandi adsit, num fiat ædificatio in præjudicium alterius
 d) ad Lancell. & c. Hæc apud nos à Consistoriis, quæ Principis sustinent
 n) p. 2. IP. vicem, expediuntur. conf. D. Zieglerum, i) Carpzovium n) &
 Conf. def. 334. Nov. 67. cujus contenta, ut nullus fabricet Oratorij domum
 præter voluntatem Episcopi. † His omnibus ita observatis 13
 λ) Nov. 67. figitur crux lignea in loco illo, ubi debet esse altare, uti habe-
 c. 1. tur in Pontificali Rom. & oratio dicitur. λ) De solemnibus pre-
 μ) Hist. Angl. cibus & jejuniis refert Beda. μ) In Oriente ubi templum ali-
 lib. 3. c. 23. quod extruendum est, Episcopus illuc proficiscitur & post
 aliquot ritus ab eò usurpatos & preces solemnes absolutas, il-
 le primum lapidem in fundamento ponit, sed cruce primùm
 ab ipso signatum, ut in Euchologio discimus. Vel etiam ligneam
 crucem accipit & in ejus medio aliam crucem stylo exarat,
 quam Clericus aliquis perfectè exsculpit; Episcopus autem
 propriâ manu crucem sic exsculptam accipiens in templi ex-
 truendi mediò tanquam primum fundamenti lapidem ponit,
 uti in altero Euchologij codice dicitur. Cruce ab Episcopo in
 fundamento templi extruendi sic defixâ, artifices protinus il-
 lud ædificare incipiunt. Hinc factum est, ut ipsa etiam Tem-
 pli alicujus fundatio *σαυροπήγιον* nonnunquã dicatur. Præter
 hujusmodi *σαυροπήγια*, quæ omnibus Episcopis communia
 & ab ijs in novò quolibet templo aut etiam monasterio fun-
 dando in primis adhibenda sunt, de aliis passim, legimus *σαυ-*
ροπη

- ποτηρίαις quæ σταυροποιήσια πατεριάρχια propriè nuncupantur, &
 indicium sunt Ecclesiæ istam jurisdictioni Diœcesani exem-
 ptam, Patriarchæ immediatè subjectam esse. *D. Ziegler* λ) ac λ) *ad Lancea*.
 14 eleganter *Beveregins*. μ) † Solet quoq; non raro lapis funda- μ) *in c. 17.*
 mentalis, qui penes nos plerunq; à Principe vel Domino ter- *Concil. Ni-*
 ritorij ponitur, hodiè inscriptione designari, qualem refert *can. 2.*
 15 *Boldonius*. ν) † Apud Ethnicos templa prius definiiebantur & ν) *Epigr. lib.*
 certis circumscribebantur regionibus, quibus secundum in- 2. *cl. 7. m. 27.*
 strumentum, si opus esset, fines restituerentur *Jul. Frontinus: ξ) 5. d. LL.*
ut in luci consecratione suis illum finibus compescere dicebant. Id conf. Liv. l. 10.
 quod dicebatur *effari templa teste Varrone ξ) vel sistere fana, c. 37. in f.*
 16 *Festo*. ο) Quod ab Auguribus fieri solitum docet *Varro. † ο) lib. 14. c. 7.*
Exaugurare in super loca moris erat i. e. loca dedicanda alicui
 Numini prius liberabant aliis religionibus & deinde demum
 peculiari Deo templum constituebant; Ut cum in monte
 Tarpejo Jovis templum ædificatum est, apud *Livium. π) Qui- π) lib. 1. c. 55.*
 bus facem accendit *Festus ρ) qui scribit in manumissionibus ρ) lib. 14.*
 sacrorum causâ additum fuisse; *Puri, prohi, profani, sui auri*
 &c. i. e. offerri Diis quod non alienum esset vel jam consecra-
 tum vel parum purgatum vel contaminatum &c. uti refert
 17 *Fr. Balduinus. σ) † Lapidis prætereà, qui in fundamentis tem- σ) ad s. 6.*
 plorum jaciebantur sacri & auspiciati, non unâ tantum literâ, *Inst. d. R. D.*
 sed ad eundem modum, quô supra tradidimus, inscriptione
 fuerunt insigniti. Fragmentum Romæ apud *Gruterum; τ) τ) XXXIX. 5.*
 LAPIS. AUSP. S. Q. CAECILIO. METELLO. PONT.
 MAX. SOLLEMNI. CVM. PRECATIONE. PAL. POP.
 ROM. CONIECTVS. IN. FVNDAMENTA. PORTI-
 CUS. MINER. AVENTINENS. AB. LATER. COLL.
 VIC. ARMILVST. D. IN. NVNC. D. AVGV. AVSPIC.
 TEMPL. CONSECRA. M. CASCELL. AED. CVR.
 Ex quo prætereà patet solemnes preces fuisse adhibitas.
 Elegans hanc in rem locus est apud *Tacitum, υ) ubi spacium υ) 4. H. 53.*
omne quod templo dicabatur, evinctum vittis coronisq; ; ingressos
milites, quibus fausta nomina, felicibus ramis; virgines Vestales
cum pueris puellisq; patrimis matrimisq; , aquâ rivis & fontibus
amnisq; , hausta perluentes; Helvidium Priscum Praetorem, præ-
eunte Plauto Eliano Pontifice, lustratâ suovetaurilibus arcâ &
 C super

*super cespitem redditis extis & precatone facta vittas quis ligatas
 lapis innexiq; funes fuerint, contigisse; simul ceteros Magistratus &
 sacerdotes & Senatum & equitem & magnam partem populi studio
 laticiaq; connixos, saxum ingens traxisse: passimq; injectas funda-
 mentis argenti aurig; stipes & metallorum primitias nullis fornaci-
 bus victas, sed ut gignuntur, enarrat. Quoniam autem fun-
 dandi templa rationem paulò uberiùs sumus persecuti de
 structura templorum, Romanorum imprimis, pauca adhuc
 lubet subdere. † Antiqua templa ut plurimum quadrata, 18
 erant, quod nummi veteres testantur, & natura ipsa templo-
 rum hoc requirebat. Quatuor n. latera ab Auguribus in iis
 designabantur: sinistra ab oriente, dextra ab occasu, antica
 ad meridiem, postica ad septentrionem, vide *Rycquium*, 2)
 qui addit in quibusdam quadrum magis quam quadratum
 debere appellari. Illa a. quadratura *Vitruvio* 4) *παιδια* di-
 citur. Rotunda tribus Diis fiebant, Vestæ, Dianæ, Herculi
 vel Mercurio. *Servius*, & 6) *Livius*. 2) Sed & Pantheon Jovi
 ultori ab Agrippa formâ convexa fastigiatum *Soluedes*, *Fli-*
nus. 3) Hodie dicitur *Maria rotunda*, satis nobile & Archite-
 ctis imprimis celebratissimū opus. Deinde templorum ædifi-
 candorum rationem ex triplici naturâ Deorum petebant, qui
 aut fortes sunt, aut delicati, aut medij. *Fortibus*, ut Marti, Her-
 culi, Minervæ, *ades Dorica*, severioris structuræ, constitutæ
 sunt; *Delicatis*, ut Veneri, Proserpinæ, Floræ, *Corinthio gene-*
re, propter teneritatem operis factæ; *Mediis*, ut Junoni,
 Dianæ, Baccho, constructæ *Jonica*, nec floridâ structurâ
 nec severâ, vide *Vitruvium*, 7) & *Rycquium*, 8) qui hæc Vitru-
 vianâ ratione permotus columnas ac proinde totam Capito-
 lij molem fuisse structuræ *Dorica* existimat. De structurâ
 templi Hierosolymitani satis prolixè *1. Reg. 6.* & imprimis *Vi-*
talpandus. De Græcorum tam veteribus quam recentioribus
 templis *Leo Allatius in peculiari tractatu* & *Beveregius*. In Chri-
 stianorum Occidentalium templa, per Italiam, Galliam &
 Germaniam, veteriora maximè, à Gothis cum cæterâ bona-
 rum artium barbarie introductus ordo, quem Gothicum in-
 de appellant cujusq; specimina apud nos passim adhuc vi-
 deas; sed redimus in viam ad definitionem scil.: † *Divini* 19*

2) *d. Capitol.*
Rom. c. 12.
 4) *lib. 4. c. 5.*
 6) *9. Æn.*
 2) *lib. 10.*
 3) *lib. 36. H. nius.*
N. c. 15.
 7) *l. 1. c. 2.*
 8) *d. Cap.*
Rom. c. 12.

Nu-



20 *Numinis cultui.* † Numina Ethnici suis Diis dabant, velut
 animam & summam ipsorum potentiam, loca citata vide a- e) l. 24. *Adv*
pud Barthium. e) Hinc eruditè distinguit inter Deum, & c. 10.
 Numen ipsius *Arnobius:* ζ) *Numquid aliquando tuos ludos mi- ζ) lib. 7. in*
nus sanctè perfeci, numquid aliquem Præsulem, tuum Numen qui prosopopœja
offenderet, aut Tetraduxi? Hic verò Numen non tam pro ani- *bovis ad*
mâ, nutu, vel potestate Dei, unde aliàs nomen habet apud Jovem.
Festum, quam pro ipso Deo accipitur. Et quidem in generali
 Numinis Divini vocabulò substitimus nec idolorum, Ange-
 lorum sanctorumve mentionem subjecimus quod I. Dedi-
 catio hic definienda in significatione quæ cuicunque Reli-
 gioni quadret & ad Gentiles pariter atque Christianos, eos-
 demque cujuscunque sectæ pertineat, quod exigere videtur
 intellectus legum nostrarum, natales suos partim Paganis-
 mo, partim Christianæ & quidem præcipuè Pontificiæ Reli-
 gioni debentium; jam verò II. utut Gentiles templa sua ido-
 lis & innummeris Deastrorum quisquilliis consecrarint, utut
 etiam Pontificij Angelis, B. Virgini Sanctisque reliquis tem-
 pla consecrare soleant, illi tamen putatitia ista Numina pro-
 veris acceperunt, hi autem ad istud respicere sese nobis per-
 suadere satagunt, quanquam infra, quod res est, dicendum
 21 erit. † *Cultus a.* hîc pro externò accipitur & in genere com-
 plectitur universum sacrorum apparatus atque partes, qua-
 tenus in sensus incurrit, sive immediatè ad Deum referat-
 tur, ut adoratio & apud Pontificios missa &c. sive aliàs
 eò spectet, ut administratio Sacramentorum, benedi-
 ctio sacerdotalis, conciones &c. *Justinianus n) utitur voca- n) S. 8. Inst. d.*
bulo Ministerij verb: quæ ritè ad ministerium Dei dedicata &c. R. D.
 Huc igitur non spectant alia ædificia atque opera, si quidem
 22 tali cultui non mancipientur. † Quò referendæ *dedicationes*
Domuum, s. habitaculorum. quas in usu apud Hebræos fuisse
 23 verba Mosaica haud obscure innuunt. ζ) † Hinc de Dedicat- ζ) *Deut. 20.*
tione Domûs Cedrinæ Davidicæ, noviter extructæ, interpre-
tantur titulum psalmi 30. Thomas, Jansenius, Lorinus & apud
 hunc plures citati. Quanquam fortassè rectius referendus
 videatur ad Dedicacionem (reconciliationem hodiè vocant)
 Domus Davidicæ, per scelera Absalonis pollutæ, i) cum ei i) *2. Sam. 16.*

- x) v. 2. 3. 4. 6. congruat materia psalmi. x) Rectissime verò titulus: *Psalmus*
 8. 12. *cantici dedicationis* &c. nihil aliud est quàm Psalmus decan-
 tandus eò cantici ac Musicae genere, cujus usus est in Dedi-
 catione Domus, cum prorsus nulla mentio fiat dedicationis
 Domus & τὸ David in titulo non referendum ad præced. Do-
 mus (sic enim dicendum erat *בְּיָמֵינוּ* sed ad τὸ psal-
 mus cantici; Sic *Matthæus Polus*. λ) Porro dedicationem mu- 24
 ri factam per Neemiam fuisse legimus *Neem. 12. v. 27.* ubi ta-
 men per muros non solum mœnia intelligi videntur, sed
 etiam muri ædium, Palatiorum, platearum & vicorum urbis
 Jerusalem, cum his omnibus peractis, non autem statim ab
 instauratis mœnibus dedicatio facta sit. Hinc cœpit usus
 p) l. 1. pr. ff. d. dedicandi etiam urbes, unde forte verba *Gaji: μ) muri &* 25
R. D. adde s. portæ quodammodo Divini juris sunt, & ideò nullius, lucem acci-
 10. *Inst. eod.* piunt. † Nam & apud Gentiles iste muros, portas & deniq;
 ipsas urbes dedicandi mos obtinuit; sic *Cicero: Pontifices;*
inquit, quidem urbis muros sanctos esse dixerunt, & diligentius
urbem religione, quàm ipsis mœnibus cinxerunt; quæ Augusta mœ-
 nia vocat *Virgilius* v) i. e. ut *Servius* interpretatur, Augurio
 consecrata. In ritualibus Etruscorum libris perscriptum
 est; quo jure conderentur urbes, qua sanctitate sint muri, quo jure
 portæ. Et prudentes Etrusca disciplina ajunt, apud conditores
 Etruscarum urbiū non putari urbes justas fuisse, in quibus tres por-
 tæ non essent dedicatæ & votivæ. *Servius;* ε) illas igitur quodam-
 modo Divini juris esse dicit *Gajus*, tum propter dedicati-
 onem, tum propter simulachrorum sanctitatem, quæ in por-
 tis urbium collocabantur, quæque transeuntes ritu quodam
 religionis salutabant: erantque portæ ipsæ quasi sedes &
 templa Deorum. Quapropter ab ipsis diis portæ nomen ut-
 plurimum fortiebantur, vel Imperatorum jussu, priscò nomi-
 ne commutatò. Quam sententiam egregie fulciunt duo lapi-
 des à *Grutero* o) relati. † Quid Talmudici de consecratione 26
 1. & 2. urbium Palæstinæ per ingressionem primam à *Josua*; ingres-
 sionem secundam, ab *Ezra* factam; & ingressionem tertiam
 à *Mesîâ* faciendam tradant; item, quibus in rebus posita ur-
 bium religio ac sanctimonia fuerit; tum & quare vicorum
 villarumque nulla consecratio facta sit, pluribus explicat *Pe-*
 trus

urbs Cuneus π) ubi & de insigni præ cæteris Hierosolymitanæ π) *de Rep.*
 urbis sanctitate, de quâ etiam nū antiqui nummi testantur & *Hebr. lib. 1.*
 ficlorum communium inscriptio vetus: ירושלים עיר c. 7.
 הקורש JERUSALEM URBS SANCTITATIS. Confer.
Esaiam, ρ) Danielelem, τ) Joel. υ) Matthæum φ) & passim. In de- ρ) c. 48. v. 2.
 dicatione Urbis Cæsareæ ab Herode Judæorum Rege, in Cæ- τ) c. 9. v. 24.
 faris Aug. honorem extructæ, exciti sunt ad certamina arti- υ) c. 3. v. 17.
 fices musici & athletæ Gymnicorum certaminum; adhæc, φ) 27. v. 23.
 gladiatorum ac ferarum apparatus magnus numerus & quic-
 quid hujus generis in pretio fuit, tam Romæ, quàm apud Gen-
 tes cæteras; Consecratū autem est hoc quoque certamen instau-
 27 randum per singula quinquennia, uti refert *Josephus χ) † De χ) Antiq.*
 dicatione Novæ Romæ vide *Baronium. †) †) Apud Romanos Jud. lib. 15.*
 28 quoque aliorum locorum operumque dicationes in usu c. 17. & lib.
 fuisse passim Historiarum lapidumque & nummorum 16. c. 9.
 monumenta testantur. In primis publicorum dedica- †) ad A. C.
 tionis frequens occurrit mentio. Sic à Pompejo Theatrum, 330.
 ab ipso constructum, dedicatum refert *Dio, ω) in qua dedica- ω) lib. 39.*
 tione spectacula cum musicâ, ludique gymnici editi; Thea-
 trum Marcelli ab Augusto; ejusdem Marcelli Bibliotheca,
 (quod Asinii Pollionis inventum, qui primus Bibliotheca-
 m deducendo ingenia hominum Remp. fecit,) ab Octavia;
 29 *Plutarchus, α) Forum magnum à Julio Cæsare, quod ab ipso α) in Mar-*
 nomen retinuit *Dio; β) à Tiberio diribitorium; ab Agrippa cello.*
 septa ubi tributa Comitia haberentur. Nero Gymnasium β) lib. 43. 53.
 dedicavit præbitumque oleum equiti & Senatui. *Tacitus. γ) & 55.*
 Horti dedicati contra invidentium effascinationes, *Plinius; γ) 4. Annal.*
 δ) *Trophæa, Vitruvius; ε) Scholæ, Gruterus. ζ) Quæ quidem nec δ) H. N. l. 19.*
 sacra, nec sancta nec religiosa dici possunt, licet religione a- c. 4.
 liquâ teneantur. *Nam quæ sunt universitatibus, ut Theatra, gym- ε) lib. 2. c. 8.*
nasia aliaque ad usum publicum accommodata in populi sunt do- ζ) CLXX. 4.
minio §. 6. Inst. d. R. D. At quæ sacra sancta, religiosa in nullius
sunt bonis §. 7. Inst. d. R. D. Quanquam quædam istorum o-
 perum ex cohærentiâ cum templis juris templorum facta
 fuerint, uti patet ex *Cod. Theod. η) & infra in capite de effecti- η) L. 41. de o-*
 bus explicabitur. Procedimus, post has ambages, ad sequens *per. publ.*
 verbum † *Solemniter; †) ἑπιμνηστικὸς* Græcè: Latina vox ab adjectivo
solemnis, quod omisissis aliis significationibus, pro eô accipi-
 tur

§) in l. 3. C. detur, quod observatis peculiaribus ritibus & adhibitis certis
 emanc. liber. ceremoniis fieri solet, in quô sensu emancipatio dicitur fieri
 1) §. 8. Inst. de actu solemnî §) & ita adv. solemniter h. l. accipimus ut æ-
 R. D. quipolleat ferè verbo: RITE, quo Justinianus utitur; 1)
 2) 1. Fast. Ovidius: 2) Tempora sacerdotum RITE dicata manu. Ea
 3) miscell. lib. tamen h. l. intelligenda solemnitas, quæ cuique civitati
 3. c. 14. convenit. Sic Festus: Sacrum est quodcumq; modo & institutô Ci-
 4) d. V. L. P. vitatis consecratum sit, sive ades sive ara. Quô etiam Græcorum
 lib. 1. c. 4. vocabulum εἰπωσ respicit, quod est ab εἶδος mos. Apud E-
 5) l. 6. §. 2. & Truscos, ut suprâ jam monitum, erant libri rituales, Majora-
 l. 9. pr. & §. 1. gius; 3) Romani Pontifices habebant libros suos Pontificales
 4) l. 24. ff. d. & ceremoniarum; Augures, augurales; Aruspices, Aruspici-
 captiv & c. l. nos, rituales, Historias Tuscas, quos solis illis pertractare &
 15. §. 3. ff. de evolvere licebat, confer Gutherium. 4) Jungitur autem huic
 damn. infect. adverbio in defin.: † Publicè vide ff. d. R. D. 5) Publicum hîc 30
 l. 12. ff. d. si dicitur non tantum, quod à publica personâ jussuque & au-
 deic. libert. Et oritate & nomine publicô s. Magistratûs, 6) uti apud Li-
 6) lib. 44. c. 1. vium 6) dicitur locus publicè parari; sed & palam & in populi
 7) l. 1. §. sed conspectu, peragitur, daß männiglichem verkündiget wird zu
 scimus C. de wissen. 7) Juxta Alciatum, quod coram populo vel quod pa-
 Lat. lib. toll. lam, fit (quanquam hæc posterior vox strictior fit & denotet
 8) §. in Verr. quod coram pluribus fit) sicuti Cicero: 8) dicere publicè, dare
 9) l. 56. ff. mæ. causam publicè. In specie publicè fieri dicitur quod fit in ede
 dat. junct. l. sacrâ. 9) Atq; hîc modô, priori præsertim, privatam dedica-
 7. in f. ff. qui tionem excludimus, Marcianus: 10) sacræ res, inquit, sunt, quæ
 satisd. cog. l. publicè consecratae sunt, non privatè, si quis ergo privatim sibi
 7. ff. d. min. l. sacrum constituerit, sacrum non est, sed profanum. 10) Cui adju-
 l. 4. ff. d. Statu gi merentur Galli Aelij verba: 11) quod privati sui religionis cau-
 11) l. 6. §. 3. ff. sa Deo dedicant, id Pontifices Rom. non existimant sacrum: At si
 d. R. D. quæ sacra privata suscepta sunt, quæ ex institutô Pontificum, statô
 12) adde l. f. ut die aut certô locô, sint facienda, ea sacra appellantur tanquam sa-
 in poss. legat. criscium, ille locus, ubi ea sacra facienda sunt, vix videtur sacer esse.
 13) apud Festû Confer Gutherium, 12) qui hæc latius explicat. Hinc etiam
 in verb. sa- nulli alij possessores aut successores religione privatâ ad-
 cer mons. stringebantur, quo minus ejusmodi locum facerent profa-
 13) d. I. V. P. num. Unde Cicero 13) cum filiam mortuam consecrare & ipsi
 lib. 4. c. 6. fanum erigere vellet (auctoritate nim. privata) metuere se ait,
 14) lib. 12. Ep.
 19. 34. & 35. ad Attic. muta-

mutationes Dominorum. Fuere quoq; aræ privatæ, quas quisque in suo statuebat, quales in antiquis inscriptionibus produntur multæ, quæ aut funebres aut honorariæ. Harum nullæ religionem ipsi loco adferebant nisi essent publicè consecratæ. Sequitur in definitione; *Mancipatur.* Mancipare *Ulpianus* ω) à manu i. e. potestate videtur deducere, ω) *lib. 4. d. I.* Sic *mancipium* notione generali pro cuiusvis rei dominio seu & I. jure proprietatis sumitur. *Lucretius*: lib. 3.

Vitaq; mancipio nulli datur, omnibus usu.

Hinc res mancipi, quæ alium acquirere possunt Dominum. *Manceps* similiter qui propriò jure quid possidet. Sic mancipare nobis hîc est appropriare, summittere *zueignen / zunt Eigenthum geben* / quam tamen appropriationem s. mancipationem non pro internò mentis actû, sed pro destinationis declaratione sumimus, quod indigitat etiam adjecta rituum & publicæ peractionis mentio. Denique: *& ad eum usum primâ vice applicatur.* Nempe altera pars quam dedicationis notio involvit est rei ad usum sacrum primitiva applicatio, quæ succedit in locum totius actûs, ubi dedicatio solemnitatibus vel nullis, vel exiguis aut, (ut apud Nos,) non adeò ceremoniosis absolvitur. De quibus hîc non licet esse prolixioribus, ne recoctâ crambe nauseam Lectori in subsequenti bus ciezere necessum sit.

CAP. III.

DE ORIGINE ET PROPAGATIONE DEDICATIONIS AD NOSTRA VSQVE TEMPORA.

SUMMARI A.

1. Nulla Gens sine religione, in quâ tamen deploranda animorum distractio.
2. Dedicatio mortalibus, ipsiq; religioni tantum non coava.
3. Causa movens & occasio.
4. An & quâ ratione bona nò tantum & licita, sed & necessaria? ubi dist. inter necessitatem absolutam & ex supposito; inter necessitatem simplicem &

Et nota li. 5. Descenditur inde ab infantia mundi ad nostram usq; atatem per Religionum Epochas. 6. Quis primus dedicaverit ex Patriarchis? De altaribus Caini, Abelis, Noachi, ad Gen. 4. & 8. 7. De Consecratione Tabernaculi. 8. De Enceniis Templi Hierosolymitani, per Salomonem, Zorobabelem & Judam Maccabeum. 9. De paganâ dedicatione. 10. Origo templorum Ethnicorum. 11. De more Persico & prisco Germanorum. 12. Apud Romanos Dedicatio quando cœperit? An Romani annis 170. sine templis fuerint? 13. Refutatur Boxbornij sententia, quod in Provinciis Romanis adicula, non magnifica templa fuerint. 14. De Christianorum Dedicacione. 15. Valde dubium tribus primis post C. N. seculis Christianos habuisse templa, maximè consecrata. 16. Locus 1. Cor. 11. Fabula Adia Bab. de templo S. Johannis Evang. antequam abiret è vivis constructo, aliæq; similes. 17. Nostra sententia de templis primorum Christianorum. 18. Conventus in cryptis, hortis, cœmeteriis. Κοιμητήρια quid apud Athenæum.

† **R**eligionis sensum nulla sanè Gens est quæ non
 mentibus suis insculptum gerat: varia tamen non
 diu post orbem conditum ejus extiterunt genera. 1
 † Dedicatio, (in significatu à ritibus præcisò,) cu- 2
 juscunque ferè Religionis mortalibus in usu ipsique religio-
 ni tantum non cœva. † Quâ in re tamen non immeritò 3
 quaras, quæ ratio imprimis fuerit, quâ moti homines unani-
 mi ferè consensu dedicationi dederint operam? Nos maxi-
 mas hîc partes Numinis Divini reverentiæ ascribendas cen-
 semus, quippe quæ insita mortalium animis non minimum
 ad Divini cultûs incrementum seque ipsam commodius con-
 servandam allaturum ostendebat, si loca resque, quibus præ-
 cipuè ad cultum uterentur, alii promiscuo usui subtraheren-
 tur. Ubi sanè opus erat voluntatem suam aliquando actu
 aliquo declarare, quò, exteris imprimis, constaret, quâ ra-
 tione locus vel res illa deinceps deberet haberi. † Accessit 4
 postea, imperiis constitutis, cura regnantium, quæ publicis
 dedicationibus non absque gravi ratione cavit, ne confusio-
 nem Religionis, in civitate probatæ, superstitione introduce-
 ret

ret ipsamque Rempubicam everteret. Ipse Deus O. M. jus-
sit a) ne sacrificaretur in omni loco, sed in eò, quem ipse elegisset in a) Deut. 12.
unâ tribuum. Lex quoque idololatrarum erat & XII. Tabb.
Nemo Deos separatim habeat novos aut alienigenas, quod id confu-
sionem pareret. Cicero. β) Hâc ratione bonam non solùm & β) 2. de LL.
licitam, sed & necessariam suò modò dedicationem esse quis-
que videt. Diximus: suo modò: Nec enim de præcisâ, simp-
plici, naturali, & absolutâ necessitate hoc intelligimus, nec
cultum ideò Divinum ceremoniæ cuiquam alligamus, multò
minùs ceremoniarum apparatus opinionem meriti & spiri- γ) ad Lancel.
tualis sanctitatis efficaciam adscribimus cum Pontificiis. Vi- lib. 2. tit. 18.
de D. Zieglerum. γ) Nullum hâc de re perpetuum extat man- §. 14.
datum Dei, neque unquam ea veteres incessit superstitio, ut δ) in Apol.
in loco non consecrato sacra agere nefas putarent uti Atha- & Constant.
nasis, δ) ingenuè fatetur, nec ipse Cardinalis Bona ε) abnuvit. ε) lib. 1. c. 14.
Alia ratio est præcepti specialis, temporarij & ad populum sq. rer. liturg.
Israëliticum singulariter applicati in V. T. quod suprâ atti-
gimus. Similiter ad effectum juris, in unâ quâque Republ.
scilicet, ut locus vel ædificium in foro Civili pro templo reque
sacra habeatur usuique profano eximatur, declaratione pu-
blicâ opus est. Hâc igitur necessitatem inducunt, quam ex
hypothesi vocant, adeò, ut propter hoc posterius ingredia-
tur etiam ipsam rei sacræ definitionem. Deductio. ζ) † Age ζ) in l. 9. ff.
itaque natales ejus ab ipsâ mundi infantia ad nostram usque de R. D.
ætatem per palmarias Religiones, quantum instituti ratio
permittit, deducamus. † In sacris literis & quidem veteris
Test. primus reperitur Noë, qui post Cataclysmum universa-
lam altare Domino dedicavit; η) Quanquam dubium non η) Gen. 8. v. 20
sit alia prius extitisse, sicuti in historia Abelis & Caini non
spernenda vestigia occurrunt; Cujus v. structuræ fuerint,
an sub Dio, an sub loco clausò Deoq; specialiter consecratò,
scripturâ silente definiendum non recipiemus, quanquam ex
Ebræo אֵלֶּיךָ הָרַבִּי quod est adduxit, (ubi subaudit Aben-Esra: ad θ) Gen. 4. v. 3.
locum orationi destinatum,) nonnulli non improbabiler colli-
gant, primos illos orbis cives in certo locò convenisse,
Deumq; coluisse, eique honorem conspicuum, si non ipsius
expressò mandato, certè dictante ratione, exhibuisse. Post
D Noëm

1) *Gen. 28. v.* Noë sequitur Jacob, qui primus inde dedicationem cum
31. certis ritibus fecisse videtur, 1) erigens lapidem, (qui tum erat
2) *Exod. 40.* pro altari. *Grot.*) & ungens oleo, (velut consecrationis fi-
3) *1. Reg. 8.* gno, *juxta interpretes.*) † In sequentibus Moysen ex præce- 7
4) *Esdr. 6. v.* pto Domini consecrasse legimus tabernaculum & vasa & alta- 8
5) *15. 16. Neb. 12.* re holocausti & labrum cum basi suâ. 2) † Celebratissima quo-
6) *1. Macc. 4.* que Templi Hierosolymitani Encænia I. Per Salomonem;
7) *v. 52. 2. Macc. 1.* 2) II. Post reditum ex Babylonicâ captivitate per Zorobabe-
8) *10. v. 6. sq.* & Iem vel Nehemiam; 3) III. Per Judam Macchabæum post
9) *Joseph. An.* pollutionem. 3) Quorum posteriorum repetitio anniver-
10) *12. 11.* riâ erat & mentio fit *Job. 10. de quibus intra cap. ult.* † Pagana 9
11) *passim in* dedicationis primos natales quod attinet, ij procul dubio
12) *canon. Chro-* non alii sunt, quàm quos antiquissimâ & verâ Religionis
13) *nico.* dedicationi jam asseruimus. Sicuti scilicet alias sacrorum cere-
14) *in præfat.* monias ab Ebræis mutuati sunt Ethnici, ita non minus de-
15) *ad can. chro-* dicationis ritum; Neque enim facere possumus hâc in parte
16) *nic. Mars-* cum *Marshamo* 4) immensæ eruditionis Anglo, plerosque
17) *ham.* Ebræorum ritus potius ab Egyptiorum institutis seculique
18) *pag. 34. 57.* usu derivante, & ob id non immeritò ab *Exc. Menckemo* 5)
19) *lib. 18. c. 37.* notatò. Primas interim Egyptiis inter ceteros idololâtras
20) *lib. 24. Ad-* non denegabimus, cum apud profanos scriptores, Græcos
21) *vers. c. 10.* maximè, ferè conveniat primas ab iis Deorum aras excitatas
22) *in suis ope-* fuisse. Quâ de re vide quos allegat *Marsham.* 6) & *Col. Rho-*
23) *ribus p. 117. diginus,* 7) quanquam apud *Manitium* ipsi Jovi ad victoriam
24) *Londini 1675* de gigantibus id inventum adscribatur, vide *Barthium.* 8)
25) *Protrept.* Ab aris postea hic mos ad templa translatus, † quorum ori- 10
26) *pag. 22. edit.* gines referunt communiter Patres ad sepulchra defuncto-
27) *Lugd. A.* rum, Sic *Morus,* 9) ex *Clemente Alexandrino*: 9) *Clemens Ale-*
28) *pag. 19. ed.* xandrinus in opprobrium Ethnicorum objicit templa eorum nihil
29) *Wouwer.* aliud fuisse nisi sepulchra clarorum virorum quorundam, quorum
30) *ad Cod. ca-* memoria immortalitati consecranda prima erat occasio religiosâ
31) *non. Eccles. u-* rum illarum solemnitatibus ac ceremoniarum, quas ipsis inibi præ-
32) *niv. p. 200.* stabant. Sic *Cæcilius* apud *Minucium Felicem*: 10) *Christiani tem-*
33) *lib. 15.* pla, ut busta despiciunt vid. *Christ. Instell.* 10) De † Persis notum 11
34) *lib. 1.* est nulla illos admisisse fana *Strabo,* 11) quod institutū ex Do-
35) *de morib.* Et rinâ Magorum profectum, *Laërtius*; 12) idem de Germanis
36) *German.* traditur apud *Tacitum.* 12) De horum igitur Dedicacionibus
nihil

12 nihil venit dicendum. † Ad Romanos venio, quorum Hi-
 storia magis ad rem nostram facit. Eos autem centum se-
 ptuaginta primis annis, ritu Persico, templis itidem, ut simu-
 lachris caruisse tradit *M. Varro*; Cui sententiæ cur minus
 subscribamus, suadet *Livius*, β) qui ipsum Romulum Jovi β) *lib. 1.*
 statori templum vovisse (& haud dubiè dedicasse) tradit. De γ) *3. Hist. 72.*
 Dedicatione Capitolij vid. *Tacitum* γ) confer omninò *Thoma-* δ) *de donar.*
 13 *sinum.* δ) † Neq; nobis placere magis potest *Boxhornij* ε) opi- c. 3. pr.
 nio, qui in provinciis ædiculas potius excitatas fuisse asserit, ε) *quest. Rom.*
 quàm magnifica & vastæ molis templa; cum de his multa
 sint testimonia, maximè verò testentur de iis Collegia sacer-
 dotū, Flaminum, Flaminicarum &c. in provinciis instituta.
 Neq; quicquam lapis Dianij in Hispania repertus probat, ma-
 lè à *Boxhornio* & allegatus & lectus. M. LVC. JOVI. VOT.
 SOL. IDEMQUE. TEMPL. D. D. *A privatò*, inquit *Boxhor-*
nus, hoc est dedicatum ideò; ædícula potius non templum. Malè,
 nam in dictâ inscr. non legendum TEMPLVM, sed TEM-
 PLO dono datum vel dedicatum; signum sc. vel aliud tale.
 14 † De Christianorum dedicationibus ante Seculum IV. post
 C. N. vix est ut certi aliquid tradamus, cum valde dubium tri-
 bus prioribus seculis omninò ulla templa iis fuisse. Commen-
 15 data quidem semper fuit, jam inde à primis Christianæ reli-
 gionis initiis, in unum congregatio. Sic enim ipsi Apосто-
 li ὁμοθυμαδὸν precati, ζ) ubi autem locorum convenirent
 nihil interesse arbitrati sunt, siquidem illis, propter persecu-
 tiones non licebat esse & sacra facere in locis semper iisdem.
 Inde de extructis templis deque eorum ornamentis & alta-
 ribus, dedicationibus & consecrationibus, de nominibus &
 differentiis eorum nusquam inscriptis Apostolorum & cer-
 tis illorum temporum auctoribus quicquam reperias. Ne-
 16 que contrarium adeò ex verbis *Pauli* η) evidens est, uti sibi
 imaginatur *Matth. Chefneux*, θ) *Cardinalis Bona* ι) & ante hos
Baronius; κ) cum suprâ cap. 1. demonstraverimus, nomen
Ecclesie in citata *Pauli* Epist. minimè pro locò conventus su-
 mi. Neque *Codex* ille extans in Bibliotheca *Reginæ Sueciæ*,
 (quem *Bona* citat,) quantamcunque etiam præ se ferat anti-
 quitatem, tantæ fidei esse videtur, ut contra temporum hi-
 storiz-

storixque rationem nos credere cogat, primum à Petro tem-
 plum fuisse & constructum & dedicatum. Fabulæ *Adia Ba-*
bylonii, ubi de templo S. Johannis Evangelistæ antequam
 abiret è vivis, constructo, & quas ex *Ferreoli Locrii* compila-
 tionibus refert *Theophilus Raynaudus Jesuita*, λ) Petrum scil.
 Jacobum & Johannem Deiparæ, etiamnum in terris degenti,
 templa construxisse, aliæque similis farina, non tanti sunt,
 ut aliquam mereantur refutationem, cum non paucis, ex
 Pontificiis ipsis, improbentur. Majore procul dubiò fide
 digni *Tertullianus*, *Arnobius*, *Minucius Felix*, *Origenes* &, his o-
 mnibus antiquior, *Clemens Alexandrinus*, qui partim secundo,
 partim tertio seculo scripserunt, unoque ore negant Chri-
 stianis esse ulla templa, præter mentem & intima cordis vi-
 scera. Et quanquam *Cardin. Bona*, cum *Jul. Cas. Bulengero*
 respondeat, loqui hos Scriptores tantum de ejusmodi
 templis, qualia apud Gentes erant, nihilominus Christianos
 suas basilicas habuisse; clarè tamen patet non opponere *Ori-*
ginem, *Minucium* &c. templis basilicas suas aut loca sacrata,
 sed uti dixi, mentem & intima pectoris viscera, atque fateri
 illa Christianis non esse, hæc verò maximè propria. In *Cryptis*
 * autem initio, in hortis, in cœmeteriis (quæ apud *Athaneum*
 * ædes sunt, in quibus peregrini dormire soliti; uti locus cœ-
 nobii, ubi monachi dormiunt, dormitorium appellatur &
 Christianis, loca mortuis suis sepeliendis destinata,) vete-
 res sua peregere sacra, ea tamen loca, si quæ in privatorum
 dominio erant propterea commercio hominum exempta aut
 publici ac divini juris facta fuisse communi adversatur ratio-
 ni, quicquid dixerit *Baronius*, cui strenuè resistentem vide *Da-*
 videm *Blondellum*; ε) Postea contingente aliquâ, per con-
 ventiam Imperatorum, libertate, certa eos, non unis vicibus,
 ad congregationes loca destinasse, iisque usos tamdiu, quo-
 ad nulla flagraret persecutio, fortasse potest concedi; ea ta-
 men speciali ritu, ut nunc mos est, consecrata fuisse, diffi-
 le erit probare, frustra *Platina*) templorum consecrationes
 Hygino ascribente; quanquam cum precibus & voto, ut in
 ejusmodi ædibus continuare devotionem & pietatem lice-
 ret, potuerit initium fieri & factum fortassis aliquando fuerit.

Tan-

λ) *lib. de co-*
ron. aur. sup.
mitr. pontif.
 p. 24.

μ) *lib. 3. de*
Templ. c. 2.

* *Jacobi Bo-*
sii Roma sub-
terr. Bon.
Card. lib. 1.
c. 19. R. L.
 ν) *lib. 4. c. 5.*

ζ) *in Apolog.*
profent. Hie-
ron. de Episc.
 & *Presbyt.*
pag. 219. sqq.
 θ) *in vit. Pon-*
tif.

Tandem cum ædium sacrarum sumtuosa & magna stru-
cturâ solemnes quoque earum dedicationes cœperunt, sub
Constantini M. scil. imperio, quæ nihilominus primò fuerunt
simplicissimæ ac solâ fermè loci ad sacrum usum destinatione
& ipsa usurpatione fiebant; sacrâ Liturgiâ peractâ & con-
cione ad populum habitâ. Sequentibus autem temporibus
partim judaismi, partim Gentilismi superstitionosa κακοζηλία
adhibiti sunt etiam à Christianis, in ædium suarum sacrarum
consecratione, varii ritus & multiplices, ceremoniæ, ne illis
viderentur hâc in parte minùs pii & ergà Numen religiosi &
venerabundi. Et hæc lapsu temporis immensum in modum
aucta ad nostra usque obtinere tempora, nisi quod supe-
riori seculo, cum cæteris superstitionum quisquiliis à Re-
formatoribus meritò rejecta ipsaque dedicatio primæ simpli-
citati fuerit restituta.

CAP. IV. A QVO FIAT DEDICATIO.

SUMMARIA.

1. Dist. inter efficiens remotum & propinquum, idemque prima-
rium & assistens vel ministrans vel inter causam dirigentem
& perficientem. 2. Quis dedicationem peregerit in Rep. Ju-
daicâ? 3. Quis apud Romanos sub Regibus atque Cosf.? ubi de
Duumviris adis locanda faciunda & decreto Pontificum super
domo Ciceronis. 4. De officiò Pontificis, Flaminis, 5. De nomi-
nis dedicantium inscriptione. 6. Quid sub Impp. Ethnicis obti-
nuerit? 7. De temporibus Ecclesiæ primitivæ. Calumnia A-
thanasio impacta. 8. Solos Episcopos posse dedicare non juris
divini sed consuetudinis est, seculò demum IV. invalescentis. 9.
Ambitio Pontif. Rom. arbitrium dedicationis ad se trahentis.
10. Consecratio Ecclesiæ dicitur res ordinis nec mandari potest.
11. De Convocatione plurium Episcoporum ad magnarum Ec-
clesiarum dedicationes. Prætextus inde vel occasio Conci-
liorum. 12. Apud nos qui Episcoporum locum subeant.

D 3

CON-

† **C**onsideraturis à quò præcipuè dedicandi templa vel altaria potestas dependeat & quis illam exercere soleat imprimis à dedicatore discernendus vel Dominus vel ædificator. Hos enim planè diversos esse cuius patet; Quò jure autem cætera ad ordinationem cultus Divini spectantia, eòdem & Dedicatio pervenit ad imperantes. Nempe Reip. non parùm interest, scitu publicò eam decerni, ob causas maximè, quas capite præcedenti attigimus. Ut mensa itaque vel ædificium fiat & ad templum vel altare aptetur, votoque destinetur, privata cujusque sententia potest efficere; ut templum verò ac altare dicatur & habeatur, & effectus rei sacræ consequatur, publica requiritur auctoritas. Sicuti vero in exercendis suis negotiis Respublica certa adhibere solet instrumenta, ità & hîc non rarò unius, sæpiùs plurium personarum, pro diversitate functionis & secundùm morem receptum, utitur ministeriò, ità ut hæc dirigentis, illa assistentis s. perficientis vicem subeat, quod ex jam dicendis clariùs videbimus. † Apud Israëlitas & sub *Θεοκρατία* quidem, tabernaculum atque altare in deserto jussu ipsius Dei à Mose, primo judaicæ Civitatis post Deum conditore & ordinatore, vi Regii officii quod in populò * administravit, Principibusque populi consecratum legimus. μ) Eò munere, post perfectam primi templi ædificationem, ipse Rex Salomo, ministrantibus Sacerdotibus, functus est. ν) Secundi templi dedicationem post captivitatem Babylonicam, Regis Persarum permissu, reliquæ Judæorum atque Benjamineitarum aliorumque fortè Tribuum, auctoribus Nehemia atque Esdrâ perfecerunt; ο) Et post ejus pollutionem Judas Maccabæus Princeps tunc populi Judaici, ut ut maxima sacri ordinis tunc fuerit potentia. π) † In Rep. Romanâ & sub Regibus quidem, eam rem penes Reges stetisse nullum est dubium si conferas ea, quæ cap. præced. ex *Tacito* & *Livio* adduximus. Expulsis Regibus, à populò, Lege Curiatâ, tributis Comitibus præfici debebat, qui dedicaret. Vetus est decretum Pontificum de domò *Ciceronis* ε) *Sineque populi jussu neque plebiscito, qui se dedicasse diceret, nominatim ei rei præfectus esset, neque populi jussu aut plebiscito id facere jussus esset, videri posse sine*

* Deut. 33. 5.
μ) Exod. 40.
Num. 7.
ν) 1. Reg. 8.

ο) Esdr. 6.
Neb. 11.
π) Maccab.

ε) Cic. 4. ad Att. ep. 2.

sine Religione eam partem area restitui. Quô decretô Cicero-
 nis domui negarunt Religionem Pontifices, quod eam sine
 populi jussu aut plebiscito P. Clodius consecrasset, quem
 idem Cicero ^{c)} sic alloquitur: *Quis eras tu qui dedicabas? quô*
exemplô? quâ potestate? ubi te isti rei Populus R. præfecerat? & ^{e) in orat. pro}
 paulo infra ibid. refert Senatum, in loco Augusto sine jussu
 populi consecratam aram tollendam ex auctoritate Pontifi-
 cum censuisse, neque passum fuisse ullum ex eâ dedicatione
 extare monumentum. Latum quoque legimus ex auctori-
 tate Senatus ad populum, ne quis templum aramve injus-
 su Senatûs aut Tribunorum Plebis partis majoris dedicaret. ^{τ) Livius lib.}
^{τ)} Præfici autem dedicationi plerumque solebant Magistra-
 tus, qui hoc jus ratione potestatis sibi arrogabant, & Con-
 sules inter se sortiri consueverunt, uter eorû dedicaret, quod ^{9. c. 46.}
 plerumque magnâ contentione & ambitione fiebat; Vide ^{υ) lib. 4. c. 29.}
Livium, ^{υ)} ubi, cum certamen intercideret Consulibus uter ^{lib. 2. c. 27.}
 dedicaret Mercurii ædem, resque à Senatu ad populum re-
 jiceretur, populus dedicationẽ ædis dedit M. Lectorio, primi-
 pili Centurioni, non tam ad honorem ejus, cui curatio altior
 fastigio data esset, quàm ad Consulum ignominiam. A ma-
 gistratibus tandem res rediit ad privatos & Duumviri his in ^{φ) Rosin. An-}
 rebus tributis Comitibus constituti. ^{φ)} Quorum origo diffici-
 lis prorsus & obscura est, sed antiquissima. Nam Duumvi-
 rum ad id creatum comperimus Posthumium filium, qui Ca-
 storis ædem bello Latinô à Posthumio Dictatore votam de-
 dicavit, ^{χ) Livius lib.} ^{2. c. 20. & 42.}
^{χ)} L. Æmylio & Fabio Cæsone COSS. A. U. C. ^{ω) ad Liv. lib.}
 CCLXX. confer *Gronovium*. ^{ω)} Postea CN. Flavius Ædilis ^{23. c. 30. x.}
 Curulis ædem Concordiæ dedicavit consensu populi, Q. Fab. ^{a) Liv. lib. 9.}
 Max. & P. Decio Mure COSS. A. V. C. CCCCLVI. ^{c. 46.} ^{a)} Quod
 cum agrè ferrent Patres, Cornelius Barbatus Pont. M. ne-
 gavit, nisi Consulem aut Imperatorem posse templum dedi-
 care. De quô postea ad populum latum ex auctoritate Se-
 natûs. Plerumque autem si privatus dedicationem postu-
 laret populi jussum Patres desiderarunt. vid. *Livius*. ^{β) lib. 23. c. 30.}
^{β)} Duum- ^{γ) lib. 2. c. 20.}
 viri autem ut plurimum à populo creati sunt vel filii vel agna- ^{δ) 42. lib. 40.}
 ti eorum, qui ædes vovissent. Exempla multa vide apud ^{ε) 34. & alibi}
⁴ *Livium*. ^{γ)} Præfectus ita dedicationi à populo, cum certis ^{ε) 34. & alibi}
 cere passim.

ceremoniis res peragenda esset, ministerio Pontificum opus habebat, quippe quorum Jurisdictioni ad sacra & ceremonias pertinentia suberant, ita ut hi fuerint Religionis iudices, ut legis Senatus uti loquitur *Cicero*; *d)* De eorum officio accuratè *Alex. ab Alex. e)* & *Gutherius* de V. J. P. Nihilominus cogi illos potuisse, ut sacris interessent vel peragerent illa, quibus erant præfecti, si denunciatio præcessisset, patet ex *Cicerone* *ζ)* ibi: *Præsertim cum Triburus Plebis vel denunciare potueris vel cogere.* Satis ergò fuit ut dedicaturus Collegio denunciaret Pontificum, ut adessent ipsi. Nota est apud *Ciceronem* formulæ. c. ADES. ADES. LVCVLLÆ. SERVI. LI. DVM. DEDICO. TEMPLUM. JOVI. ET. MIHI. PRAEEATIS. POSTEMQ. TENEATIS. *conf. infra cap. de ritibus.* † Dedicacione peractâ, mos erat nomen dedicatoris in Templi fronte eminentiori loco inscribere. De quâ inscriptione *Arnobius*; *η)* *Templa*, inquit, *quæ tholis sunt aureis & sublimibus sublata fastigiis, auctorum inscriptionibus comprobantur.* Satis nota inscriptio, quæ in Pantheo Romæ etiamnum videtur. *Gruter. θ)* *Ryquius. i)* Ea autem inscriptio- num gloria ambitiosè semper quaesita, sicuti de ipsâ dedica- tione in præced. diximus. Atque hæc pleraque stante adhuc Rep. ita obtinebant, † Lege autem Regiâ in Principem po- puli potestate translata nihil sacrum fieri potuit, nisi vel Prin- ceps dedicasset vel dedicandi dedisset potestatem; *κ)* cujus rei varia, apud *Tacitum* imprimis, extant monumenta. Sic *λ)* *Tiberius* Deum ædes vetustate aut igni abolitas cœptas- que ab Augusto dedicavit. Sic ab eodem dedicatio Tem- plorum per Campaniam obtentui sumpta, ut procul urbe de- geret. *μ)* Similiter ab Imper. *Vespasianô* L. Vestium restitu- tioni Capitolii, equestri ordinis virum, sed auctoritate fama- que inter proceres, præfectum legimus. *ν)* Meminit *Flavius Vopiscus* *ο)* Aurelianum ita mandasse; *Ego ad Senatum scribam, qui mittat Pontificem, qui dediket templum.* Imò ut eò magis haberent omnes Religiones & sacrificia in sua po- testate & manu, ipsi Imperatores suorum idolorum summum gerebant Pontificatum & inaugurabantur omnibus sacerdo- tiis; uti tradit *Dio Cassius. π)* cui adde locum ex *sacro Codice. ρ)* His

d) 4. ad Att. ep. 2.

e) Gen. dier. 8

ζ) in orat pro domo sua.

η) lib. 6. cont. Gentes.

θ) I. 1.

i) de Cap.

Rom. cap. 11. p. 128. sq.

κ) l. 9. ff. de R. D. l. fin. ff. ut in poss. leg.

λ) 2. Ann. 49.

μ) 4. A. C. 57. 69.

ν) 4. Hist. 53. n. 2.

ο) in hist. & epist. Aurel.

π) lib. 53. hist.

ρ) 1. Reg. 12. v. 32.

5

6

7 † His ita sese habentibus, facile patet, cui in primitivâ Ecclesia, quamdiu sub Ethnicis Imperatoribus erat, dedicandi potestas, competierit, si eô imprimis effectu dedicanda res, ut sacra fieret & effectus rei sacræ consequeretur, ut taceam, quàm dubium sit Christianos ante IV. Sec. ullum templum aut cujusc. nominis ædem dedicatam habuisse; (de quô *cap. preced.* jam dictum,) quodque sacra cætera humanô imperiô destituta in solius Dei providentia & defensione recubuerint. Abolito Gentilismo & Christiana Religione, etiam in Aulam Cæsareâ receptâ, dedicandi potestas nihilominus penes Eos stetit. Possem paginas latè implere Ecclesiasticorum Scriptorum testimoniis nisi unicum hoc sufficere putarem; Athanasio olim crimini datum, quod conventum in magnâ Ecclesiâ, priusquam consecrata ea ac consummata fuisset, celebrasset, illamque rem Majestatis crimen involvisse, quod sine Imperatoris mandato templi consecratio fieri non posset, & tamen conventus ille similis videretur dedicationi. Vide *Athanasium* ipsum σ) qui crimen hoc ita diluit ut diceret; *nunquam hanc veteres incesisse superstitionem ut in loco non dedicato sacra agere nefas putarent.* † Novum nihilominus & seculo IV. ortum & usurpatum Episcoporum officium *ἀρχιεπισκοπῆς*, consecrare templa; reliquias sanctorum conquirere & transferre & populo commendare. τ) Origo igitur à consuetudine est, vide *Blondellum*, υ) quæ hodiè per Constitutiones Canonicas ita invaluit, ut Consecratio à nullo, nisi Episcopo Diocesano, possit expediri, ϕ) confer *Alteserram*; χ) quod adeò extendit *Tholozanus*, ω) ut sicuti privatus, ita nec populi publica auctoritas absq; Episcopo possit, sicuti olim, locum sacrum facere. Inter ipsos tamen Episcopos rem eam sæpiùs non minore, si non jure, certè contentione, quàm inter Romanos COSS. agitatam fuisse & affectatam passim legimus; Ità, ut qui vi, quâ usum accepimus Archi-Episcopum Capuanum in Abbatia Casinensi, α) obtinere non potuerint, certè dolis quandoque æmulum removerint. Unde origo tot confictarum eô sine fabularum, quasi scil. dedicatio jam peracta ab ipso Salvatore, Angelis, Sanctis & nescio quibus, fuerit visa; qualem egregiam nar-

E

rat

σ) in Apolog. ad Const.

τ) Cent. Magdeb. 4. c. 7. & quos ibi allegant.

υ) Apol. de Episc. & Presbyt. sect. 3. p. 149.

ϕ) c. nemo. dist. 1. de consecr. c. 1. & 4. x. de relig. dom. c. 4. de privil. in 6to.

χ) ad c. 2. & 5. x. de consecr. Eccl.

ω) Synt. Jur. l. 15. c. 29. n. 10

α) Chronicon Casinense lib. 4. c. 30.

β) in voc. rat. Speidelius. β) † Imò absque præcepto Rom. sedis Eccle- 9
 Kirchweihe. siam consecrari vetuit *Gelasius* γ) quod itidem asserere cona-
 γ) can. de lo- tur *Baronius*; δ) licet *Alteserra* ε) id juris vix agnoscere Episco-
 cor. can. præ- pos, maxime in Galliâ, referat ex *Glabro*. ζ) † Dicitur porro 10
 cepta & trib. Consecratio res ordinis η) & quidem à Pontificiis Ordini E-
 sqq. de con- piscopali ita propriâ, ut à reliquis ordinibus exerceri, atque
 secr. dist. 1. adeò iis demandari minimè queat. θ) Confer *Alteserram* ι)
 δ) ad A.C. 591 quod *Tuschus* κ) ita extendit, ut Papa de ordinaria potestate
 n. 7. non possit illam committere simplici sacerdoti. Apud Pon-
 ε) ad c. 2. & 5. tificios itaque procul dubio Consecratio spectat ad solum,
 x. de consecr. Episcopum Diocesenum, † cui tamen majoris solemnitatis I E
 Eccl. gratiâ, præsertim in magnarum Ecclesiarum dedicationibus,
 ζ) lib. 11. c. 4. plures alii Episcopi olim etiam, adsistere consueverunt, sicuti
 η) c. Ecclesias. ad id è remotissimis quoq; regionibus vocatos legimus apud
 28. caus. 16. q. *Baronium* λ) & ipsum *Eusebium*. μ) Atque hi conventus non
 i. c. 13. de con- rarò fuerunt Conciliorum vel Prætextus vel occasio. Sic
 secr. dist. 1. Pseudo-Synodum Antiochenam collectam adversus Atha-
 θ) c. aqua. x. nasium obtentu dedicationis Basilicæ, quæ à Constantino
 de consecr. exædificata erat, refert *Socrates*. ν) Sic in dedicatione Basilicæ,
 Eccles. quam *Liberius* Præfectus & *Patricius* in Arausica Civitate
 δ) ad c. 4. & 7. construxerat, convenientes Episcopi Concilium Aurastica-
 x. eod. num celebrarunt. ξ) conf. *Brunum* ο) & *Baronium*. π) † Apud 12
 η) concl. 748. nos cum per Pacificationem Passaviensem & in Comitibus
 lit. C. Augustanis Episcopis jura Episcopalia, quæ excluso Magi-
 λ) ad A.C. 394 stratu Christiano sibi solis tempore Papatûs vindicarunt,
 n. 6. velut injustis possessoribus erepta & Christiano ac pio Ma-
 μ) lib. 10. c. 3. gistratui sint restituta, Episcoporum locum subeunt Consi-
 ρ) lib. 11. c. 5. storia ac Superintendentes, auctoribus iis, quibus jura ter-
 Eccles. hist. ritorialia iisdemq; annexa Episcopalia competunt. *Carpzon*.
 ξ) c. 1. Araus. ζ) illustris Præses σ) & alii passim.
 Concilii.

CAP. V.

CUI DEDICENTUR TEM- PLA VEL ALTARIA ET IN QVEM FINEM.

SUMMARI.

1. Nulli præterquam Deo posse dedicari Templum. 2. Dedicatio
 apud
 σ) Synt. J. C. Ex. 13. tb. 70.
 & J. F. q. 6. aph. 15.

ε) de cerem.

lib. 3. c. 1.

π) ad A. C. 394. n. 6.

ρ) Consist. lib.

1. def. 1. 2. & 11

σ) Synt. J. C.

Ex. 13. tb. 70.

& J. F. q. 6. aph. 15.

apud Christian. pertinet ad cultum latria. 3. An creaturis
 dedicanda templa? 4. Praxis Pontificiorum. 5. Distinct. inter
 λατρεία & δουλεία rejeta. 6. An denominatio templi ab a-
 liquo Sancto sine piaculo retineri possit? 7. Gentiles quibus
 sua templa dedicarint? 8. Consecratis Regibus, Imperatori-
 bus, etiam vivis; item rebus inanimatis &c. dedicata templa.
 9. De Arâ ignoti Dei. 10. Plerorumque Antiquariorum error
 in lapide inscr. Deo qui & Maximus &c. Finis Dedicatio-
 nis ex Boxhornio & alia notatu digna.

1 **T**emplum † arasque nullius cultui dedicari debere,
 nisi qui aut Deus esset, aut certè pro tali haberetur,
 origo & ratio dedicationis postulat, & nî fallor! ha-
 ctenus apud omnes fuit in confesso. Optimâ hinc
 2 ratione à prudentibus, licet Ethnicis, argui defunctum Au-
 gustum legimus, quod nihil Deorum honoribus reliquerit,
 cum se Templis & effigie Numinum per Flamines & Sacer-
 dotes coli voluerit. φ) Quod itidem Suetonius in Julio repre- φ) Tacitus 1
 2 henderat c. 76. † Apud Christianos dedicationem ad cultum A. 10.
 latriæ pertinere ipsi probatur Baronio, χ) cui tamen praxis χ) ad A. C.
 Pontif. indies reclamatur, qua non solum DEO TRIUNI sed 330.
 3 & † creaturis, Angelis sc. & quos Divos appellare Ethnica ω) Boldon.
 superstitione & confimilis Pontificiæ δωδεκάθετος docuit, ω) Tem- lib. 2. cl. 4.
 pla dedicari consueverunt. Illud consuetudine Ecclesiasticâ re- membr. 5.
 ceptum est, inquit Brunus, α) ut Ecclesia in honorem alicujus appro- α) de cerem.
 bati Sancti dedicentur. Adeò ut in totò Orbe vix Basilica invenia- lib. 3. c. 1.
 tur, quæ non sortita sit nomen à Patronò aliquò in cujus honorem
 dedicata & consecrata fuerit. Egregia fanè consuetudo! In pri-
 mitiva Ecclesia nihil tale reperitur, cum nulla planè ibi da-
 retur dedicatio, ne dum Sancto cuiquam facta. Tertiò se-
 culò, si quæ fuere Christianis sacræ ædes, soli Christo Domi-
 no dicatas fuisse ex eo probabile videtur, quod Latinis Do-
 minica, Græcis κυριακή exinde descenderint. Ipse Constan-
 tinus M. quas plures extruxit ædes, Christo non Sanctis aut
 Apostolis dicavit, quam enim de Apostolorum nomine in
 urbe Constantinop. appellari voluit, eam non in Apostolo-
 rum honorem & cultum, sed in eorum memoriam duntaxat φ) lib. 4. de V.
 extruxit. Teste Eusebio β) ibi: ἵπὶ μνήμην τῶν Ἀποστόλων &c. Augusti- Const. c. 58.
 nus 9.



γ) *libr. cont. nus γ*) autem qui ultra IV. seculum vitam produxit, testis *Maxim. Ar-* (ipsi quoque *Baronio*) est locupletissimus nulla adhuc *rianor. Episc.* tempore templa à Christianis fuisse in honorem ullius Creaturæ extructa; *Nonne, inquit, si templa alicui sancto, Angelo excellentissimo de lignis & lapidibus faceremus, anathematizaremur à veritate Christi & Ecclesie Dei, quoniam creaturæ exhiberemus*

δ) *lib. 8. c. 27. eam servitutem quæ uni tantum debetur Deo. confer eundem ali-*
de Civit. Dei *bi. δ*) Itaque eò usque templa quidem nonnulla de Apostolorum nomine sunt nuncupata, at non in honorem & cultum dedicata. † Verùm postmodùm cum sub finem V. Se- 4
culi & initium sexti decrecente paulatim verâ pietate & Religione, superstitione v. invalescente, obtinere cœpisset ex Ethnicorum imitatione opinio de Sanctorum & Martyrum

ε) *Disp. Theol. p. 1. Disp. 4. sect. 4. §. 50.* circa res humanas curâ & procuratione, cœpta etiam unâ in eorum honorem & cultum extrui templa & ædes sacræ, atq; in iis Sancti ipsi, quibus dicabantur, invocati sunt. Meritò

ζ) *lib. 2. cl. 4. m. 5.* itaque *Baronio* opponimus verba *D. Horn. ε*) *Si templa angelorum & Sanctorum cultui quoque consecrantur, quomodo templum*

η) *loc. de morte.* *habere est Patriæ proprium, aut Deus est qui illud habet?* Sed hanc litem venerandis Theologis exequendam relinquimus, qui

θ) *de orig. & progr. idol.* jamdudum † distinctionem inter *λατρείαν & δολείαν* (quò 5
etiam *Baldonij ζ*) *Divales honores* rejicimus) quâ veluti em-

lib. 1. c. ult. & *plastrô* ulcus hoc tegere dogmatum Papalium incrustato- res conati sunt, exploserunt. Conf. *Joh. Gerbard. η*) cui hac

Matth. v. 10. in parte addi meretur *Vossius θ*) &, nî fallor! l. 19. *de paganis & c. C. Theod. ibi: Humiliore licet muneris præmio, tamen plena Religionis injuriâ honorantur simulachra gentilium & c.* † Ex di- 6

ctis interim patet planè aliam quæstionem esse, num nuda Ecclesiarum denominatio ab hoc vel illo Sancto retineri possit sine piaculo, quod omninò concedendum, quippe quod per se cultum non implicat, nec ad dedicationem necessariò pertinet, sed est duntaxat circumstantia externa & accidentalisei superveniens & accedens. Quocunque igitur animo vel ratione, rectè num secus, dedicatio peracta, si nomen inde templo natum, nihil sanè impedit, quò minus eò deinceps uti queamus, si vel ad nudam Sanctorum memoriam vel distinctionis gratia, in magnis potissimum urbi- bus

7 bus fiat. † Rēstat ut exequamur ea quæ de Gentilium
 dedicatione *in pr. hujus cap.* reliquimus. Eorum enim licet
 fuerit sententia, nulli præterquam Deo, dedicari templum
 debere; superstitio tamen, inscitia, aliquando adulatio &
 ambitio Divini vastigij æmula, facile invenerunt, quô illam
 variis modis eluderent; quibus quomodo Pontificiis egre-
 giè præitum fuerit quilibet ex ante dictis videt. Hinc tot
 mortalium ἀποθέωσεις, tot rerum, quas inanimatas ipsi cog-
 nitas habebant, inter Numina relationes & nescio quæ de i-
 gnotis etiam Diis somnia provenerunt. Nobis omnia hîc
 consecrari non est consilium, paucula saltem excumulatâ
 8 strue præcerpemus. † Et quidem in historia Rom. ædem
 Quirino i.e. Romulo, quem publicâ consecratione mactavit
 Populus Rom. dedicatam legimus apud *Livium*. 1) Et tem- 1) *lib. 10. c. 46*
 poribus Augusti, restituta solemnî Apotheosi, templorum
 postmodò familiarium nomina innotuerunt, quæ moris e-
 rat in Provinciis Numinibus Imperatorum ædificare, jun-
 ctis aliquando cæteris Divis, quâ de re veterem inscriptio- 2) *Adv. l. 10.*
 nem citat *Barthius*. 2) Ipsum Augustum, talem cultum sibi, 3) *in Aug.*
 vivo quidem, deferri fuisse passum *pr. hujus cap.* diximus. 4) *4. A. c. 37.*
 Qui tamen ut leniret invidiam sibi & urbi Romæ conjunctim 5) *lib. 51. in a-*
 id fieri plerunque voluit, *Suetonius*. 3) Ita à communi Asia 6) *etis anni*
 Pergami statutum templum de quô *Tacitus* 4) & denarii ve- 7) *DCCXXV.*
 teres in quibus templi forma cum inscriptione: COM. 8) *ad Tac. 4.*
 ASIAE. ROM. ET. AVG. vide *Dionem Cassium* 5) & *Lipsum*. 6) *A. c. 37.*
 Habuit sc. & Domina urbs illa æterna & cœlestis suum tem- 9) *Tac. 4. A.*
 plum. ô insaniam! ædificiis & inanimato corpori non vi- 10) *56.*
 tam solùm attribuere sed Numen. Inventio & adulatio à 11) *lib. 25. Ad-*
 Græcis Asiaticis est apud quos Smyrnæi primi templum ur- 12) *vers. c. 20.*
 bis Romæ statuerunt circa A. U. C. DLIIIX. 13) In ipsa Roma 14) *Plin. N.H.*
 Romæ templum Hadrianus fecit & ob eam causam Colos- 15) *l. 2. c. 7.*
 sum transtulit. Meminere ejus *Autor rer. gestar. Hadriani* 16) *lib. 3. de N.*
Xiphilinus &c. & quos citat *Barthius*. 17) Imò publicè Febri 18) *D.*
 fanum in Palatio dicatum. 19) Hinc *Cicero* 20) scribit: *Febris*
fanum in Palatio & Orbone ad ædem Larum & aram malæ Fortu-
na Esquiliis consecratam videmus. Præter hos & alios adscripti-
 tios Deos, Majorum gentiû & cœli indigenæ Dii qui fuerint,

quibusque omnibus dicata templa, non vacat hîc expone-
 re, cum eâ de re passim à scriptoribus agatur. *Adi Cael. Rho-*
v) lib. 2. c. 3. diginum v) ubi in fin. ab Oenomaio traditum refert, triginta
 millia Deorum in Orbe terrarum fuisse culta, quod ipsum &
 vates asseruerit *Hesiodus*. Aras Deorum Dearumque si enu-
 merare vellem, dies me deficeret & prætereâ id solis jubare
 clarius. † Ara saltem Atheniensium inspicere nobis digna 9
 videtur. De ejus autem inscriptionis formâ multum di-
 sputant scriptores. Vulgò hæc circumfertur: ΘΕΟΙΣ ΑΣΙΑΣ
φ) com. in Ep. ad Tit. c. 1. ΚΑΙ ΕΥΡΩΠΗΣ ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΣ ΘΕΩ. ΑΓΝΩΣΤΩΙ ΚΑΙ ΞΕΝΩΙ.
χ) c. 17. v. 23. Quam, B. Hieronymum φ) secuti Scholiastæ quidam (nomi-
ω) Class. 1. n. 1. minantur Philippides & Oecumenius) ille Latinam, hic Græ-
α) de Rep. cam dederunt. Recepta fuit ferè ab omnibus & communi
Hebr. c. 10. consensu habita pro eâ ipsâ, quam D. Paulus sibi visam refert
β) de orig. & apud Scriptorem ὡραξ ἀποστολ. γ) Examinat tamen eam plu-
progr. idol. ribus D. Reinesius in opere posthumo & inæstimabili inscri-
lib. 1. c. 2. ptionum Antiquarum (quod utinam lucem aliquando vide-
γ) ad A. C. 52. ret!) ω) egregieque demonstrat confictam eam esse primis
pag. 402. lit. Ecclesiæ Seculis, piâ quâdam, ut Erasmus loqui solet, vafri-
D. cie & hinc acceptam secularium literarum curiosissimo Hie-
δ) ad d. c. 17. ronymo, qui ne Apostolus falsum dixerit, ad id falso veri
A&F. specie blandienti instrumento uti non abhorruerit. Idem
ε) de arâ ign. visum Petr. Cunæo α) Vossio β) & ipsi Baronio γ) ut vero de in-
Dei An. 1659. scriptionis titulo Scriptores inter se certant, ita etiam & ma-
ζ) de don. c. 3. jori adhuc varietate de occasione, quâ erecta fuerit. Sed nos
η) quest. Ro- isthanc litem non decidimus, possunt, præter jam allegatos,
*man. 13. eâ de re videri quos magno agmine refert *Waleus δ)* & impri-*
θ) de V. I. P. mis elegans disputatio in illustri hâc Salanâ sub celeberrimo
*lib. 3. c. 6. *Bosio ε)* habita. † *Thomasinus, ζ) Boxbornius, η) Gutherius θ)* &
ι) est 9. pag. nescio qui non? Similem huic inscriptioni dicunt illam Ro-
XVII. manam, quæ in Transilvania legitur: DEO. QVI. EST.
κ) MAXIMUS. AUREL. SEPTIMIUS. ROMANUS. &c. Se-
*CCCCLXIX. cuti *Gruterum*, qui eam ad caput de Diis retulit, ι)* in quò ta-
*6. men egregiè falluntur; Est enim mutila & in eodem *Grute-**
ρο κ) sic suppletur: P. AEL. AUDEO. QVI. ET. MAXI-
 MUS &c. Id obiter observare libuit. Cæterum notandum
 adhuc de aris, in formulâ dedicationis, de quâ plurib. in seqq.
 agetur,*

agetur, interdum expressè cautum fuisse, cui Deo in arâ de-
 dicatâ esset sacrificandum, uti ex lapide quodam docent, ^{γ) de funer.}
 II Kirchmannus λ) & Sertorius Ursatus; μ) † *Varia siquidem causa* Rom. lib. 4.
 (ut verbis Boxbornii ν) caput hoc finiam) ejusmodi erant dedi- c. 2.
 cationum; Aliquando solius religionis. subinde non tam religionis
 quam proprii & suorum commodi causa (confer Marham, ξ)) pro μ) in monū.
 cujus varietate institutus etiam Numinum delectus. Alios Deos Patav. lib. 1.
 militis, alios mercatores & c. alios alii studebant demereri; Sub- sect. 2. pag. 90
 inde unius aliquando plurium opem postebant. Si plurium, qui v) *Quest. Ro-*
 dam in exprimendis eorum nominibus ordinem non observabant, man. 1. in f.
 quemadmodum passim apparet in opere inscriptionem, in quibus se- ξ) *can. chron.*
 pe Dii minorum Gentium majoribus præpositi sunt. Alij contra ac- pag. 5.
 cumtiores, ne in ordine cuiq; aut loco tribuendo peccarent, nomina
 eorum circulo inscripsere, in quò nec prius nec posterius discerni
 potest. Imò nomina Deorum Dearumve sæpè ficta, prout qui dedi-
 cabant votis & commodis suis putabant expedire. Aliquando adu-
 latio nomen dedit. Nonnunquam vicina dedicantium nomina in
 causa fuere, cur hi aut illi Dij eligerentur. Præneste in ara mar-
 morea: JOVI. O. M. ET. FORTVNAE. PRIMIGEN.
 V. S. L. M. L. PRIMIGENIVS. CVM. FIL. TORQVA-
 TO. D. D.

CAP. VI.

DE RITIBVS DEDICA- TIONIS.

SUMMARI A.

1. Solemnitates ad quid conducant? 2. Ritus à Patriarchis adhiberi soliti. 3. Oleum consecrationis signum. 4. Ritus consecrationis tabernaculi. 5. Templi Hierosol. 6. Paganorum rituum natales. 7. Βαϊτόλια. Abaddir. 8. Attica consecratio. 9. Romana, quinque requisita. 10. Mens, qualis? 11. Vox, Pontificis vices circa verba. Formula verborum. 12. Manus, Postem tenere. 13. Lex, Monumentum urbis Salona & Narbon; Item, antiqua tabula Rom. 14. Asyla. 15. Quid fuerit lex dedicationis? 16. Subtemplaria. 17. Simulachrum. 18. Habitus Pontificalis. 19. Profusiones in dedicationibus. *Victi-*
ma.

ma. Spectacula. Ludi &c. 20. Diversus dedicandi mos in provinciis. 21. Quales fuerint dedicationes in primitivâ Ecclesiâ? Seculo IV. & seqq. temporibus. Origo ex Judaismo & Gentilismo. 22. Inducti inde superstitiosi ritus. 23. Agape. Charistia 24. Unctio Chrismatis. Celebratio missæ. Luminaria. 25. Illatio reliquarum; ejus origo. Ceremoniæ apud Pontificios 26. Apud Græcos 27. ἄντιπλοια, eorum etymon; Usus 28. Altare portatile s. viaticum. 29. Manumissiones captivorum in dedicationibus. 30. Indulgentiæ, 31. Tempus dedicationis. 32. Rejicitur superstitio Pontificiorum, simulque ad quasdam object. respondetur. 33. Simplicitas nostræ dedicationis.

† Sicuti in Civilibus aliisque alicujus momenti negotiis, quæ non ad tempus sed ut perpetua sint, instituuntur, receptum videmus, ut certis plerunque cum solemnitatibus initium capiant, quæ negotio veluti characterem imprimant, quæque in perpetuò vigore istud conservent; ita templorum Altariumque dedicationes, quas ob effectus publicas perpetuasque, quantum fieri potest, esse debere π) in seqq. patebit, non sine solemnitatibus institui expedit. Etsi enim extrinsecus illæ adveniant, nec adeò in essentiam influant; negari tamen nequit, per solemnitates accedentes magis significativum reddi actum sui que conservativum. Quò ritu quibusve ceremoniis primæ in terris aræ consecratæ fuerint ex sacris literis non liquet, nisi quod verosimile videatur earum vicem subsisse initium illius operis, quod ibi impostero obeundum, immolationis scil. atque oblationis. † Primus oleum adhibuisse in consecratione lapidis dicitur Patriarcha Jacob ε) †. Non enim libationem fuisse aut sacrificium, sed consecrationis signum ex eò patet, quod nusquam solum oleum Deo libatum aut sacrificatum legamus. σ) † Ipse postea Deus τ) unguentum parare, eòque tabernaculum cum mensâ & altari ejus omni que supellectile inungi præcepit. υ) Quo ita peractò aspersoque septem vicibus altari φ) Principes tribuum in dedicationem altaris obtulerunt XII. scutellas argenteas, XII. phialas argenteas & XII. acerras aureas singuli in singulos dies.

π) vid. pr. in fin. l. 14. C. de SS. Eccl. ibiq. Gothofr. & omninò Galvanum de usufr. c. 9. p. m. 75. & ibi citat. Cicer. & Liv.

ρ) Gen. 28. v. 18. & c. 35. v. 14.

ε) Fr. Junius in Scholiis.

τ) Ex. 30. v. 26

υ) Ex. 40. v. 9.

φ) Ex. 29. v. 37 Levit. 8. v. 10.

5 dies. χ) † De dedicatione templi Hierosolymitani primi latè χ) *Num. 7.*
 agitur, ω) ibique solemnissimò ritu, precationibus sc. atque ω) *1. Reg. 8. 2.*
 sumtuosissimis immolationibus clangentibus tubis aliisque *Par. 5. sqq.*
 instrumentis musicis resonantibus per 14. Dies, junctâ scil. α) *in Annal.*
 Scenopegiâ, (vide *Augustin. Torneillum* α) celebrata legitur. *sacr. A. M.*
 Unctionem sacri olei accessisse valdè dubium est, quicquid *3030. n. 20.*
 dicat *Lucas Osiander*, β) cum nulla ejus rei ibi fiat mentio, in- β) *in suis ex-*
 superque γ) absolute prohibutum reperiamus ne imposte- *plicat.*
 rum quisquam tale unguentum componat. Secundum γ) *Ex. 30. v. 32.*
 templum iisdem ferè ceremoniis dedicatum, legimus *apud* δ) *c. 6. v. 16.*
Esdras; δ) reconciliatum verò *in libb. Maccabaorum*, ϵ) ubi ϵ) *1. Macc. 4.*
 sumtuosum ac splendidum convivium exhibitum refert *Jo- (z) A. Jud. lib.*
 6. *sephus. z*) † Paganorum ritus quod attinet, ii profectò *in 12. c. 11.*
 dedicatione tot tantique fuerunt, quot quantique in nullâ
 ferè aliâ re. Et siquidem eos ad primos natales reducere
 velimus, statuendum fortasse cum *Jos. Scaligero* eos cœpisse
 se ab eò lapide, quem à Patriarcha Jacob in Bethel unctum
 fuisse diximus. Hanc enim historiam, uti plerasque sacras,
 7 depravasse Ethnicos valdè videtur probabile; † *Βαϊτύλια*
 namque s. *Βαϊτύλιες* (ab Ebraeo *בַּיְטוּלִים*) vocabant *λίθους*
ἐμψύχους lapides vivos sive Deos, quos specie lapidis adora-
 bant, ait *Philo Bybliensis*, confer *Marshamum*. η) Hinc Poë- *n) can. chron.*
 tæ *Βαϊτύλον* vel ut alii scribunt, *Βέτυλον*, vocant lapidem quem *p. 56.*
σπαργανίσασα τῷ Κρόνῳ ἐγγυάλισεν ἢ Πεία &c. uti loquitur *He- (z) in Theo-*
siodus θ) i. e. quem fasciis involutum Saturno in manus dedit *gon. v. 485.*
Rhea ut scil, pro filio, Jove, eum devoraret. *Abaddir*, Latini *lib. 5.*
 dicunt, ut auctor est *Priscianus*; ι) de quò qui plura deside- *κ) in vita Isi-*
 rat *Damascium* adeat, κ) & *Josepb. Scaligerum*, *in animadv. dori apud*
Euseb. λ) & alios passim. *Si quando conspexeram*, inquit *Arno- Photium 557.*
bius μ) lubricatum lapidem & ex olivi unguine ordinatum & c. *23.*
 8 † Apud Athenienses reponerantur & consecrabantur Deo- *λ) ad An. M.*
 rum simulachra maximâ cum pompâ. Nam præferebant *MCXLVIII.*
 faces simulachro cum in ædem suam deferretur. *Aristopha- pag. 188. &*
nes Pluto: *189.*

Ἄλλ' ἰκδ' ὄτω τις δεῦρο δ' ἄδας ἡμμένας
 Ἴν' ἔχων ὄρον γῆ τῷ θεῷ σὺ.

Præterea anus, vestes induta variis coloris, ollas leguminibus
 F coctis

coctis plenas ferebant, quæ primitiæ essent & prima novi
 μ) *in Danais*. De libamina. *Aristophanes*: μ) μαγύρομαι δὲ ζυγῆς &c. i.e. testor
 ν) *ad tit. 1. l. Jovis Herci ollas cum quibus ara dedicata est olim, apud Petium,*
 7. *Atticarum* ν) *Suidam*, ο) & *Macrobium*. π) † Apud Romanos quinque 9
Legum. præcipuè in dedicatione templorum requirebantur: *MENS*,
 ο) *in verb. VOX, MANVS, LEX, SIMULACHRUM*. Sicuti ex *Cice-*
 ρ) *χύραϊς ἰδ' ὁρῶν* ρ) patet. † Et *MENTEM* quidem quod attinet ea in de- 10
 ρ) *ρεῖν.* dicante desiderabatur, quod vellet dedicare, pura prætereà
 π) *lib. 3. Sa-* integraque, non dissimili fortè ratione, quàm quâ vir opti-
 τ) *turn. c. 1.* mus P. Scipio, fœmina verò castissima Q. Claudia ad exci-
 ε) *de Harusp.* piendam Matrem Idæam delecti fuere. *Cicero*, σ) *Livius*, τ)
 7) *resp. c. 33.* *Valer. Max.* υ) Dubito an huc quoque referendum, quod
 σ) *de harusp.* nemo funestâ familiâ dedicare templum potuerit, ob per-
 7) *resp. c. 27.* turbationes fortassis animi, vide an placeat *Livii* φ) locus;
 τ) *lib. 29. c. 11.* quanquam non ignoraverim putasse Gentiles funeribus fa-
 υ) *lib. 8. c. 16.* cra funestari uti *Paulus* testatur, χ) vide omninò *Jac. Gothofre-*
 φ) *lib. 2. c. 8. dum.* ω) † *VOX* ad solemnia verba referenda. Citavimus supra 11
 χ) *in senten-* cap. 4. ex *Cicerone pro Dom. suâ* formulam quâ dedicare à
 τ) *tit. de se-* populo jussus illud Pontifici denuntiabat, *ADES, ADES*
 pulchris. &c. Pontificis porrò vices erant consecrationis verba ritè
 ω) *ad l. 5. &* concipere & dum præiret maximè operam dare, ut illa nec
 θ. C. *Theod.* præpeditâ nec balbutiente lingvâ pronunciaret, ne dedica-
 de sepulchris tio si vel syllaba aut verbô aberrasset quasi minùs ritè facta
 violatis tom. instauraretur. Quæ res tenuit Metellum Pontificem adeo
 3- inexplanatæ linguæ hominem, ut multis mensibus tortus
 credatur, dùm medicaretur in dedicandâ æde Opiferæ dice-
 re, *Plinius*. α) Verba autem hæc potissimùm continebant,
 α) *N. H. lib.* ut advocatô Numine, cui templum sacratur, diceret, *se ex*
 11. c. 37. *profano usu & humano jure, templum, cellam, mensas, arulas; quæ-*
 β) *Gen. Dier.* que eo pertinent, eximere eaq; (conceptis verbis) ipsi Numini,
 l. 6. c. 14. *ibiq;* (nominat Numen) *Divina humanaque omnia consecrare dica-*
 Timæ. reque affirmaret. *Vid. Alex. ab Alex.* β) Dùm hæc fierent simul
 postem tenebat Pontifex, focolus posteà accendebatur, Sa-
 binaque herba ad sacrum adhibebatur, sine quâ templum
 ædemve, fana aut sacella minimè dicari putarunt posse. *A-*
 lex. ab Alex. c. 1. Atque in his † *MANVS* suoungebatur mi- 12
 nisteriô. Postem autem oportebat templi esse, qui ibi, ubi
 templi.

templi aditus sunt & valvæ. Nam ambulationis postes ne-
 mo unquam tenuit in dedicando. *Cicero l. c. & Alex. ab Alex.*
 observat constitutum fuisse ut in dedicandâ ara vel simula-
 chro postè teneri non oporteret, in æde verò necessum foret;
 in quò animadversum si parùm rectè tabernaculū captum es-
 set, crimen spretæ religionis admitti. † *LEGEM* alii apud *Cice-*
ronem γ) & ad Tribunitiã veterẽ, quæ Papyria; & ad Curiatam, γ) *de harusp.*
 qua dedicationi populus aliquẽ præficiebat, referunt, (de quâ *re* ρ).
suprà cap. 4.) Nobis verò illud vocabulū magis de legibus sa-
 crarū ædium dedicationi dici solitis ibi intelligendū videtur.
 De his legibus *in fin. cap. preced.* quædam dicta sunt hîc latius
 deducenda. Ejusmodi autem leges dici consuevisse *Plinius*
 δ) indicat & insigne exemplum ex Salonæ urbis monumen- δ) *lib. 10. E-*
 to extat hodie Patavii, quod cùm universum penè hujus *pist. 58.*
 religionis ritum contineat, hîc apponimus. Illud autem
 olim ab *Aldo, Smetio, Grutero, ac Schotto*, sed longè correctiùs
 à *Laurentiô Pignoriô* *) *Sertorioque Ursato* †) descriptum & * *Epist. Sym*
 commentariolo illustratum. Sic autem habet: L. Helio. *bol. 30.*
 Cæsare. Imp. P. Cælio & ALBINO. VIBVLLIO. PIO. COSS. † *l. 1. monum.*
 VII. IDVS. OCTOBRES. Cn. Domitius Valens II VIR ID. Patav. *Secl.*
 PRÆEVNTE. C. IVLIO. SEVERO. PONTIF. Legem *6. p. 222.*
 dixit in ea verba quæ infra SCRIPTA SVNT. *Jupiter. Opti-*
me. Maxime quandoque tibi HODIE HANC ARAM. DABO.
DEDICABOQVE. OLIS. LEGIB. ollisque regionibus dabo
dedicaboque qua hic HODIE. PALAM. DIXERO. VTI.
INFIMVM. SOLVM. HVJVS. ARÆ. ES. Si quis hic hostia
sacrum faxit quod magmentum NEC. PROTOLLAT. ID-
CIRCO. TAMEN. PROBE. FACTVM. ESTO. CETER.
 Leges huic aræ eadem sunt quæ ara *Diana sunt*, IN. AVEN-
 TINO. MONTE. DICATÆ. HISCE. LEGIBVS. HISCE.
 REGIONIBVS. *Sicuti dixi hanc tibi aram Jupiter optime*
maxime DICO. DEDICOQVE. VTI. SIS. VOLENS. PRO-
PITIVS. MIHI. COLLEGISQVE. MEIS. DECVRIONI-
BVS. Colonis incolis colonia Martia JVLLIÆ. SALONÆ.
 Cui simile aliud è *Narbonis Martii antiquo lapide descri-* e) *CCXXIX.*
 ptum monumentum apud *Gruterum.* e) *Brissonium.* ζ) *Aliam* ζ) *de Formul.*
 quoque formulam legis dictæ in tabulâ quæ Romæ conspi- *lib. 1. p. 115.*
 citur, in hæc verba: *Hæc. area. intra. hanc. definitionem, Cip-*

porum. clausa. verubus. & ara. qua. est. inferius. dedicata. est. ex
voto. suscepto. quod diu. erat. neglectum. nec. redditum. incen-
diorum. arcendorum. causa. quando. urbs. per. novem. dies. arsit
Neronianis. temporibus. & hac. lege. dedicata. est. ne. cui. liceat
intra. hos. terminos. edificium. extruere. manere. negotiari. arbo-
rem. ponere. aliudve. quid. serere. & ut. Prator. cui. hac. regio
sorte. obvenerit. litaturum. se. sciat. aliusve. quis. magistratus
Volcanalibus. X. Nat. Sept. omnibus. annis. vitulo. Robio. & ver- 14.

n) LXI. 3. re. Gruterus. n) † Atque huc etiam referenda nobis videntur
d) ad lib. 2. Asyla, quæ non omnibus Templis, sed quibus dedicationis
En. v. 761. lege essent concessa competebant, uti notat Servius d) & be-
i) in Comm. ne observat Sam. Petitus i) in templis & aris Atheniensium.
ad L. Attic. 9. Adde Gyraldum. u) Ex quibus conspicimus legem ejusmodi
tit. 1. pag. 13. dedicationis nihil aliud fuisse quàm formulam vel instru-
x) Synt. 17. bi-mentum quâ declaratum, quid, quibusve finibus, & quibus
stor. Deor. quasi reservatis & conditionibus res dedicanda abdicetur &
pag. 454. n. 30 in Numinis quasi dominium transferatur. Templo enim
vel aræ prætereà assignari consueverant, aræ, cellæ, horti, bal-
nea, domus, porticus, quorum etiam in Christianâ Eccle-
siâ non rarò mentio fit his præsertim Græcis nominibus:
αὐλαί, διαίται, κήποι, λύτρα, οἰκήματα, σοαί. Auctor in vita Con-
stantini λ) quæque l. 4. C. Theod. de his qui ad Eccles. confug.
παρεγκοίμενα, J. Gothofredus Subtemplaria, (ut suburbana &
suburbicaria) vocat. Confer. l. 2. Cod. Just. eod. tit. resti-
μ) Nomocan. tutam à Contio. (vide Photium μ) Harmenopulum. v) Prætereà
tit. 5. c. 1. & cum templum dedicabatur SIMVLACRVM Numinis cu-
tit. 9. c. 27. jus erat, adhibebatur atque à Pontificibus locatum in mediò
v) l. 2. tit. 9. templi, templum tenere dicebatur, Cicero, o) & Servius ad
o) pro domo Virgilii 3. Georg. v. 3. ubi Maro dedicationis ritum, paucis
suâ c. 110. ut solet complexus est, qui jus Pontificium, tanquam hoc
professus, in multa & varia operis sui parte servavit:

Et viridi in campo templum de marmore ponam

In medio mibi Caesar erit, templumq; tenebit,

Illi victor ego, & Tyrio conspectus, in ostro

Centum quadrijugos agitabo ad flumina curvus. seq.

Ubi simul Pontificalis habitus & profusionum (quas ad le-
gem dedicationis non incongruè referas) in dedicationibus
fieri solitarum facit mentionem; quò referre possunt ea quæ

Pascha-

Paschalius de Coronis π) tradit, eas scil. ad exemplum sacerdotum & sacrificantium à consecrantibus ac dedicantibus gestatas fuisse; & imprimis à C. Mario facta dedicatio, qui veste ex *Statii* l. 6. triumphali & calceis puniceis Honoris & Virtutis ædem dedicavit, de quo testatur inscriptio apud *Gruterum*, ρ) ad quam conferas *Paterculum* σ) & *Florum*. τ) † De profusionibus legimus passim. Frequentius Romæ & major victima mactabatur & ludi dabantur sumtu publico. Sic M. Æmilio in dedicationem templorum Regiæ Junonis & Dianæ decreta viginti millia æris, in ludos sacros eroganda multa variaq; spectacula in dedicatione templi Veneris edita refert *Dio*. φ) Augustus in Sacrii Julii dedicatione, ludos omnis generis fecit, in quibus Patricii Trojam luserunt, Quod quidem primum factum cum M. Jun. Brutus ædem matris M. dedicavit, tunc enim ludi scenici instituti, qui Megalesia vocabantur. infaniam, ut Pompeji altero Consulatu in dedicatione templi Veneris victricis pugnaverint in Circo elephanti viginti, *Plinius*. α) Et Q. Catulus cum Capitolium dedicavit primus posuit vela in theatris, quæ umbram facerent. Conf. præsertim apud Romanos Romæ usitati. † Alij fuisse videntur in Provinciis quod ex *Plinio* observamus, β) qui hunc in modum Trajano scripsit; *Cognovi alium hinc* (apud Nicomedenses) *alium apud nos morem dedicationis*; Cui Trajanus γ) respondens; *Solum, inquit, peregrinæ Civitatis non est capax* Dedicationis quæ fit nostro jure. † Solemnes atque festas Consecrationes in Ecclesia Christiana ante IV. Seculum non cœpisse ex præcedd. capitibus putamus jam satis esse liquidum, quod ipsum confitetur *Speidelius*. ζ) Quales autem exinde fuerint nunc dicendum erit. Prima itaque templorum & ædium sacrarum, cum publicè extrui cœperunt dedicatio simplicissima fuit & sola locorum illorum ad usum sacrum destinatione & primâ eorum, per preces, liturgiam, Sacramentorum administrationem & sacras ad populum il-



luc magno concursu confluentem conciones, usurpatione
 absolvebatur. Quibus ceremoniis Constantinus M. tem-
 plum Salvatoris Hierosolymis in loco cranii extructum con-
 secrari curaverit commemorat *Eusebius* n) & *Athanasius*. 9)
 Qui ritus, etiamsi fuerint simplicissimi, nihilominus ex Ju-
 daismo natos & Beryti primum à Judæis conversis & Syna-
 gogam suam Christo Salvatori per Antistitem ejus loci con-
 secrantibus, cœpisse Auctor est *Athanasius* i) & fatetur *Speide-*
lius. x) Cui Gentilismi *κακοζυγία* (quos magna cum pompâ &
 multiplici ritu dedicasse diximus) accessit, † quæ ansam & 22
 campum plenis superstitionum ceremoniis, ne illis videren-
 tur Christiani minus pii & erga Numen religiosi, submini-
 stravit. † Hinc illis etiam temporibus convivia in dedica- 23
 tionibus exhibita, quæ Agaparum nomine honorabantur.
 Erant namque Agapæ convivia publica, quæ in Ecclesia post
 sumtam Eucharistiam haberi solebant, ad mutuam charita-
 tem fovendam & ad pauperes refocillandos, dicta ab *ἀγάπη*
 dilectione. Meminit eorum haud obscure *Plinius*, λ) & ipse
Paulus μ) ad Corinthios, ad quos morem hunc de Gentili ad-
 huc superstitione venisse putat *Sedul. Scotus* ν) citatus à *Bar-*
thio, ο) & non multum differre à *Charistiis*, sacris Romano-
 rum conviviiis, in quibus querelæ affinium & amicorum
 componebantur, existimat *Justellus*; π) horum meminit *Ovi-*
dus: ρ) *Proxima cognati dixere Charistia chari*, & describun-
 tur à *V. Maximo*. σ) Triplex autem erat Agape, *Natalitia*, *Fu-*
nebris & *Connubialis*, quas commemorat *Nazianzenus*: τ)
 54. *Non epulum natale adiens cum pluribus aut quod*
 χ) ad A.C. 57. *Funereum est, vel quod connubiale petens.*
 n. 142. Solitas tamen exhiberi quoque in dedicationibus Ecclesia-
 rum, *Gregorius M.* φ) testatur ad Petrum Subdiaconum: *Pro-*
pterea volumus ut ad celebrandam dedicationem dare debeas ad
 27. *erogandum pauperibus in auro solidos decem, vini amphoras 30.*
a) rer. liturg. annona modios 200. olei orcas 2. verveces 12. gallinas 100. quæ tuis
lib. 1. c. 1. n. 4. possunt rationibus postmodum imputari. Vide Baronium, χ) Jac.
 β) ad c. 2. 55. *Rosium, ω) Bonam α) & quos refert Alteserra. β) Et ab his aga-*
 x. de consecr. *pis originem ex parte ducunt Encania, die heutigen Kirchweiz-*
Eccles. hen/ de quibus infra. † Deinde dedicatio & consecratio Ec- 24
 clesia-

n) lib. 4. de vi-
 ta Constant.
 M.
 9) in Apol. 2.
 i) in lib. de
 pass. imag.
 Dom.
 x) sub voc.
 Kirchweibe.
 λ) lib. 10. Ep.
 97.
 μ) 1. Cor. 11.
 ν) in collect.
 1. ad Cor. 12.
 ο) lib. 35. Adv.
 c. 22.
 π) ad can. 70.
 Cod. can.
 ρ) l. 2. Fast.
 σ) lib. 2. c. 17.
 τ) in carm. de
 divers. gen.
 φ) lib. 1. Epist.
 54.
 χ) ad A.C. 57.
 n. 142.
 ω) Rom. sub-
 terr. lib. 6. c.
 27.
 α) rer. liturg.
 lib. 1. c. 1. n. 4.
 β) ad c. 2. 55.
 x. de consecr.
 Eccles.

clesiarum debebat fieri solemniter unctioe Chrismatis &
 missarum celebratione & illatione sanctuariorum i. e. reli-
 quiarum. Et Episcopus quidem debet dedicare in habitu
 Pontificali, qui describitur & explicatur apud Brunum. ^{γ) de cerem.}
 Quando autem orditur consecrationis munus omnes ejiciun- ^{lib. 3. c. 3.}
 tur, solò Diaconò in templo remanente, reclusò eò, Episcopus cum
 Clero ante fores Ecclesie aquam benedicit, interim intrinsecus ar-
 dent XII. luminaria & pinguntur XII. cruces, ita ut ante singulas
 singule accendantur lampades. Postmodum Episcopus, Clerò &
 populò insequente, ter circummeando Ecclesiam exterius cum fasci-
 culo Hyssopi parietes aquà jam benedictà aspergit, & qualibet vice
 ad januam templi accedens baculo pastorali illam pulsans, dicens:
 Attollite portas Principes vestras; cui Diaconus resp. Quis
 est iste Rex Gloriæ? Pontifex reponit: Dominus fortis. Ter-
 tia vice referatur ostium, ingreditur Pontifex cum paucis ex mini-
 stris, reliquo Clero & populo foris manente dicit: Pax huic Do-
 mui, & canit Litaniam. Hoc penèto describitur in pavimento
 super cineres ad hoc sparsos baculo pastorali Alphabetum Græcum
 ab uno angulo ad alium, & rursus Alphabetum Latinum ab alio an-
 gulo ad alium, ita ut inde crux fiat. Tum fit mixtura ex aquà, vino,
 sale & cineribus & inde aspergitur templum, ac demum templum &
 ara Chrismate inunguntur. Job. Selva ^{d)} & Bellarminus. ^{e)} De ^{d) in tr. d. be-}
 Luminaribus notabile est quod refert Codinus. ^{z)} Cum perfe- ^{nesic. p. 1. q. 1.}
 ctum, inquit, templum esset Thedora Aug. suspensum erat sacras ^{n. 64.}
 catenas & lucernas, ut dedicaret templum ^{e) tom. 1. con-}
 ἡγὴ ἐγναμίων αὐτὸν γυὰς δὲ ὁ βασιλεὺς. Quod cum præsivisset ^{tr. 3. de cult.}
 Justinianus, invidià motus, ne Imperatrix eum anteverteret, ve- ^{sanct. c. 5.}
 tuit tota urbe fieri aut suspendi catenas. Quò cognitò illa fecit ex ^{Cl. de Const.}
 bombycina funes tortos, ex quibus suspendens lucernas dedicavit ^{sub fin.}
 templum. Ex quibus infert Jul. Caf. Bulengerus, ⁿ⁾ Dedicat- ^{n) lib. 3. de}
 tionem non potuisse fieri nisi suspensis prius candelabris. ^{Templ. c. 34.}
 † Illatio reliquiarum in altaria vetus & ubique recepta con-
 25) suetudo, quæ exinde originem Cardinali Bona ^{g)} sumsisse vi- ^{g) lib. 1. c. 19.}
 detur, quod Christiani, qui antea in areis & cœmeteriis, in ^{n. 5. rer. li-}
 quibus Martyrum corpora quiescebant ad Synaxin pera- ^{turg.}
 gendam conveniebant, postmodum impetratâ licentiâ eri-
 gendi palàm templa, in iis præcipuè locis illa excitari cœpe-
 runt

rint, in quibus paulò ante congregari & clam mysteria celebrare consueverant. Cœpit hîc mos primùm in Ecclesiâ Rom. observari & ab eâ ad alias dimanavit, ita ut inviolabilis hodiernum habeatur. *Conf. Ambrosium, 1) Gregor. Tur. 2)* Ritus autem tam consecrationis altarium, quam in specie illationis hi habentur apud Durand. 3) *Altare aspergitur aquâ, vinô, sale & cinere mixta; sunt cruces cum aquâ benedicta in quatuor cornibus & in medio. Episcopus circumit altare septies ex Ps. 51. canens: Asperge me Hysopo &c. rogat Deum ut sacrificia in hoc altari habeat accepta. Reconduntur reliquie capsulis, quatuor cruces cum chrismate fiunt & ponuntur illa in Capella cum tribus granis thuris &c. Tandem inungitur mensa altaris & inter unguendum canitur illud: Erexit Jacob Altare &c. Conf. Arnd. 4) De SIGILLO ex Panormitano 5) vide quæ notat D. Zieglerus. 6) † In Ecclesiâ Græca cum Episcopus ad templum dedicandum se confert, tres saltem martyrum reliquias secum assumit ut ex *Euchologio* 7) discimus; Has postea in discò capiti bis superimponit ac deinde in loco iis præparatò deponit reservandas, ut *ibidem* dicitur; ejus verba recitantur à *Beveregio*. 8) Et hic quidem totus est Græcorum ritus in reliquiis suis, cum Ecclesia de novô extruitur, reponendis usitatus. Cæterùm Græci antistites, recentiores præsertim, cum templum consecrarent, pannum humi sternere, sanctæque mensæ, modo dedicatæ circumvolvere, eundemque postea in multas partes scissum, inter sacerdotes distribuere soliti fuerunt, quæ *Ἀντιμύσια* vel *ἀντιμύσια* dici usu venit, cujus denominationis rationem *Balsamon* 9) indicat, dicens *Ἀντιμύσια* dicta quod sint *ἀντιπρόσωπα καὶ ἀντίτυπα τῶν πολλῶν τοιῦτων μύσων τῶν καταρτιζόντων τὴν ἁγίαν διαποτικὴν τράπεζαν*. Nimirum ut *ibidem* pariter ac in *Can. 31. Concilii Trullani* observat, *Ἀντιμύσια* suprâ mensas oratoriorum posita pro consecratione eorundem sufficiunt, quippe quæ unâ cum novi templi dedicatione ante consecrata sint. Unde ratio nominis clarè elucescit. Nam *ἀντιμύσια* dicuntur, quasi *ἀντὶ τῶν μύσων*, pro mensis vel mensarum loco posita; voce hybridâ partim è Græco, partim è Latino sermone confectâ. Hinc etiam ubi mensæ vel non sunt consecratæ, vel etiam de earum*

1) *Epist. 83.*

2) *d. vit. patr.*

c. 15. & de mi-

rac. sanct. lib.

1. c. 33.

3) *Rat. lib.*

66. c. 76

4) *in Lex. an-*

tiq. Eccl. sub

voc. Altare.

5) *ad c. 1. de*

consecr. dist.

1.

6) *ad Lancell.*

lib. 2. tit. 18.

S. 16.

7) *in rubr.*

templi dedi-

candi.

8) *in annot.*

ad c. 7. con-

cil. Nicæn.

secundi.

9) *in Synod.*

Nicæn. 2. c. 7.

26

29

30

rum consecratione dubitatur, modò ἀντιμύστα prius consecrata præstò sint, sacerdotibus sacra celebrare licet. Nec opus est antimensis, ubi mensa est consecrata. *Beveregius l. c.*

27 & in primis *Euchologium Græcorum*. τ) † In Latina Ecclesia loco ἀντιμύστον sunt altaria portatilia, quæ viatica etiã vocat. c. ult. de privil. in sexto; eorum meminit *V. Beda*, υ) *Bona* φ) & *Tholozanus*, χ) qui de altaribus portatilibus porrò refert quod in iis Dedicatio nõ sit festiva, quod ubiq; deferri possint, & ubicunque ponantur, possit ibi constitui Ecclesia portatilis. † Legimus etiam in dedicationibus aliquando captivos manumissos, quale exemplum refert *Continuator Bedæ* ω) apud *Alteserram*. α) † Indulgentiæ quoque in dedicatione basilicæ conceduntur ab Episcopis, sed non ultra annum, sive ab unò s. à pluribus Episcopis deditur. In anniversario autem die dedicationis indulgentia s. remissio non debet excedere XL. dies de injunctis pœnitentiis i. e. non potest remittere exasse pœnitentiam injunctam, sed ex parte tantum, nec potest relaxare ultra XL. dies de pœnitentiis injunctis à Confessario, vide *Alteserram*. † Tempus quod attinet, quò dedicatio peragi & debeat & possit, constitutum in *C. fin. X. de Consecr. Eccl. & c.* legimus, quod munus consecrationis, ne qua Divino cultui offeratur mora, quanto poterit citius, sit conficiendum, an illud autem fiat die Dominico aut alio nihil interest. β) † Atq; hæ sunt ceremoniæ atque solemnitates in dedicationibus templorum & altarium Pontificiis potissimum & Græcis inter Christianos usitata, quæ, quomodo à prima simplicitate deflexerint ac in superstitiones ferè Magicas transmigraverint, quilibet videt. Neque tabernaculi Mosaici omniumq;ne ejus partium & supellectilis per oleum sacrum consecratio; nec Templi Salomonici ab eò facta dedicatio, neque secundi templi Zorobabelici à Juda Macchabæo facta Encœnia quicquam ad rem faciunt. Tabernaculi enim consecratio primò fuit ex Dei speciali & expressò jussu atque præscripto, (quale nullum est sub N. T. in Ecclesiâ Christianâ quoad templorum & locorum sacrorum consecrationem;) secundò pertinuit ea ad ceremonias legales, quorum usus in Ecclesia Christianâ nullus esse debet, neque

G

alia

τ) pag. 648.

‡ ibi nott.

‡ Jac. Goar.

υ) lib. 5. Hist.

cap. 11.

φ) l. 1. c. 20. n.

2. rer. liturg.

χ) Synt. 7. U.

l. 2. c. 2. n. 17.

ω) lib. 1. c. 16.

α) ad c. 2. § 5.

x. de consec.

Eccl.

β) c. 2. de con-

secr. Eccl. ad

quod conf.

Alteserram

& Pirhing.

§. 1. aff. 2.

26



alia illis similis in earum locum sine manifestō cum Judæis
 Syncretismo & spiritualis cultūs Evangelici in carnalem &
 crassum Judaicum commutatione, substitui debet. Ad tem-
 plum autem Salomonicum quod spectat nulla illius facta ab
 ipso legitur hujusmodi consecratio, sed simplex duntaxat
 per preces conceptas dedicatio & ad usum sacrum publica
 destinatio, ac per ipsum cultum Leviticum isthic per actum
 usurpatio; quomodo non negamus fieri posse ædium sacra-
 rum primam dedicationem absque superstitionis & ex purā
 puta hominum ἐδελοθρησκεία profectis ritibus & ceremoniis.
 Eadem fuit repurgationis & dedicationis Hierosolymitani
 templi à Juda Macchabæo factæ ratio. Cui etsi aliquid am-
 plius ex ritibus & ceremoniis legalibus accessisset, nihil id fa-
 ceret ad vindicandam superstitionem ædiū sacrarum, quæ in
 Ecclesia Romanâ fit, consecrationem, quandoquidem simi-
 les ritus & ceremoniæ crassæ & corporeæ minùs decent sim-
 plicem spiritualis in Ecclesiâ Christianâ cultūs puritatem,
 quæ rudimentis istis non indiget. † Quapropter in Aug.
 Confessionis Ecclesiis ritus illi merito rejiciuntur veterumq;
 Christianorum consecrandi servatur ritus, ita ut precibus,
 hymnis, votis, Sacræ Cœnæ & baptismi administratione, ad-
 ditâ benedictionis concione, non tantum templa sed etiam
 altaria, baptisteria & alia consecrentur. D. Ziegler. 2)

2) ad Lancel.
 l. 2. c. 18. §. 12.

CAP. VII. DE EFFECTV DEDI- TIONIS.

SUMMARIA.

1. Effectus dedicationis Mysticus s. Theologicus. 2. Qualis cre-
 ditus à Gentilibus? 3. Idolorum ἐπιθρονοίς. 4. Templâ credi-
 ta habitacula Deorum. 5. Verus Deus non continetur tem-
 plis. Presentia ejus in templis qualis? 6. Apud Christianos
 an efficacia templis dedicatis assignenda? Notantur Pontificii.
 7. Effectus dedicationis legalis. 8. Res sacra quid h. l. de-
 notet? 9. Sacrarium quâ religione polleat? 10. Rei sacra cha-
 racter

*raeter afficit quoque cobarentia & adjacentia. Septa Eccle-
 sie. 11. Alii effectus speciales. 12. Ponuntur duo termini à
 quo & ad quem. 13. In Statu ante dedicationem sub duplici
 potestate vel Dominio res est. 14. Quando sub Dominio pri-
 vato? 15. Sub Dominio publico? 16. Quid uterque Domi-
 nus translatum velit ex formula dedicationis estimandum.
 17. Legis dedicationis officium, interpretatio. 18. Dominium
 privatum abdicatur dedicatione. 19. Illustratur ex S. Literis
 ubi consecratio pro Separatione sumitur. 20. Ex Scriptoribus
 Ethnicis. 21. Reservationes in dedicatione quomodo intelli-
 genda? 22. Sacra non possumus vindicare. 23. Legare. 24.
 Alienare; 25. Iis servitatem imponere; 26. Possidere. Usuca-
 pere. 27. Eorum nulla est Societas. 28. Non possunt instipula-
 tionem deduci. 29. De jure tertiorum in re dedicata quid sta-
 tuendum? 30. Publicum Dominium non abdicatur dedica-
 tione. 31. Hinc manet apud imperantes Judicium & quidem
 imperativum. 32. Potestas legislativa. 33. Jurisdictio. 34.
 Dominium eminens. 35. Ratio termini ad quem sive quomo-
 do & quatenus res sacra per dedicationem transeat? 36. Quo-
 modo dicatur fieri Divini juris? 37. Quis Numinis represen-
 tet possessionem? 38. Quatenus usibus humanis eripiantur. 39.
 insignis reverentia. 40. Unde gravius puniuntur delicta in re
 sacra vel circa eam commissa. 41. Securior habetur pecunia
 in aede sacra deposita. 42. Major fides eorum quae in templis
 asservantur, ubi de Siclo in templo Hieros. asservato. 43. De A-
 sylis quadam. 44. De excalceatione pedum. 45. De Actibus
 quae in templo celebrari non possunt. 46. Aliae quadam immu-
 nitates.*

Effectus enarratae hactenus Dedicationis cum confi-
 derandus jam sit, duplici potissimum modo eum pro-
 ponere nobis videtur commodum, unô, quô ipsum,
 respicit Numen cui aedificium vel mensa dedicata; al-
 terô, quô jura ac privilegia rei dedicatae in ordine ad homines
 completitur, quorum illum Mysticum vel Theologicum,
 hunc legalem seu juridicum non incongruè dixeris. Quod
 primum attinet, praemittimus hîc, deserentes suetum huc-
 usque

usque ordinem, Gentilium portentosas vanitates, conjun-
 cturi postea Ecclesias tam Veteris quam Novi Testamenti.
 † Res autem altius paulò deducenda. Aras templaque Diis
 suis Ægyptios primos constituisse *suprà* diximus & docemur
 insuper ab *Herodoto*, *δ)* cui *Lucianus*, *Assyriacæ* scrutator anti-
 quitatis *ε)* addit; Ægyptiis antiquitus quidem templa fuisse
 sed sine statuis; quod posterius de Romanis quoque asserit
Plutarchus, tradens eos per totos 170. annos templa quidem
 perpetuò ædificasse, nullum autem unquam corporeum fe-
 cisse simulachrum. Ex quibus fluere videtur ejusm. popu-
 los dedicatione suorum templorum altariumque nil aliud
 effectum voluisse, quàm ut ea ad sacrificia & alium cultum
 absentibus Diis exhiberi solitum, perpetuò manerent man-
 cipata. † Postea vero cum Numina sua videbantur non esse
 præsentia, nec curam singulorum gerere, aut propriò inge-
 niò aut etiam veri Dei cultorum ritibus abutendo, ope, pro-
 culdubio, Satanæ, invenerunt, quo absentia Numina (si
 Diis placet!) exhiberent præsentia & influxus eorum bene-
 ficos contraherent & in præsens aliquod objectum, singulis
 expositum, includerent. Quæ vis incolumnis, statuis & si-
 mulachris dedicationi est adscripta, indeque aut Dei spiri-
 tum, aut bonos angelos aut vim astrorum illa inhabitare à
 de *J. B. & P.* deceptis gentibus est existimatum vide *Grotium*, *ζ)* sic ex *Za-*
n) *in more* baistarum monumentis *Rambam*, (*Maimonides* vulgò dictus,) *Nebuch.* *p. 3.* *η)* refert, vide *D. Zimmermann.* *θ)* & *Joh. Owen.* *ι)* Sic *Hermes*
6. 29. apud *Augustinum* *κ)* *visibilia & contractabilia simulachra* velut
δ) *in Ana-* corpora Deorum esse asserit: inesse autem his quosdam Spiritus in-
lect. *pag. 138.* vitatos, qui valent aliquid sive ad nocendum, sive ad desideria eo-
1) *de Natur.* rum nonnulla complenda, à quibus eis Divini honores & obsequia
Theol. l. 3. c. cultus deferuntur. Hos ergò Spiritus invisibiles per artem quan-
7. & 8. dam visibilibus rebus corporalis materia copulari, ut sint quasi ani-
κ) *de Civ. Dei* mata corpora illis Spiritibus dicata & subdita simulachra, quæ inde
lib. 8. c. 23. tanta & talia faciant. conf. eundem *c. 24.* & *Mart. Chemn. Exam. De-*
λ) *p. 4. de i-* cret. *Concil. Trident.* *λ)* Hanc Gentilium *εμψύχωσι* latè refutat
magin. *pag. Arnobius* *μ)* & elegantissimè deridet Octavius apud *Minucium:*
16. a. Quando igitur, inquit, hic nascitur? Ecce funditur, fabricatur,
μ) *l. 6. contr.* scalpitur. Nondum Deus est. Ecce ornatur, consecratur, oratur.
Gent. Tum

Tum postremo Deus est quem homo ille voluit & dedicavit. Quan-
 quam nec ipsi Christiani inficiarentur, Dæmonas pessimos in
 4 ea correpere, conf. *Minucium, & Barthium.* v) † Hæc igitur sunt v) *Adv. lib. 42*
 ea simulachra, quæ supra diximus fuisse, apud Romanos c. 28. & *lib.*
 maximè, in dedicationibus templorum requisita, ut in me- 43. c. 13.
 diò ponerentur vel peculiari antea ritu dedicata, vel simul
 cum templo dedicanda. Quò factò templum tenere dice-
 bantur uti supra retulimus. Et hic est effectus dedicationis
 quatenus Numen respicitur, ut scil. templum Ejus sit habi-
 taculum, quod de manu Pontificis in manum propriam ac-
 cepisse censetur. *Templum hoc Martis est, hoc Junonis & Ve-*
neris: Apollo hic habitat; in hoc manet Hercules, in illo Summanus
 uti loquitur *Arnobius*; ξ) hinc *Origenes* ο) parilocho ponit fi- ξ) *lib. 6. cont.*
 mulachra & templa; dicitque ea primum dicata demonibus, qui- 8) *gentes.*
 aut carminibus inducti, aut per se locis quibusdam assueti, ob nido- ο) *contr. Cel-*
 5 res iis adhaerescerent. *Owen.* π) † Verum Deum templis non sum. 3. 7. 8.
 contineri ex *Propheta* docet *S. Stephanus*: ρ) *Excelsissimus ille, in-* π) *de Nat.*
 quit, *in manufactis templis non habitat; Cælum mihi thronus est,* *Theol. 1. 3. c.*
terra autem scabellum pedum meorum &c. sed ab Eo constitui 22.
 permittuntur tanquam loca certa, ubi præsentiam suam & ρ) *Act. 7. v. 48*
 quidem non universalem eam & communem, sed gloriosam σ) *Ex. 29. v. 43*
 atque gratiosam τ) ostendat vel declaret. Hinc *Chald.* in- τ) *ibid. v. 45.*
 terpres verbum *habitabo*, ρ) ita vertit: *Ponam præsentiam divi-*
nitatis meæ; h. e. quasi quietem & sedem meam ibi habebō, sc.
 per *Spiritum & Sermonem* שכנינא & inde *Tabernaculum*
 (& adeò quoq; templum) describitur υ) locus ubi cōstituiam, υ) *ibid. v. 42.*
 ubi innotescam tibi, ubi conveniam vobiscum, אורח-מועך
 non, quia homines ibi conveniunt, sed quia Deus cum ho-
 minibus conveniat, ut ipse Deus *d. l.* docet. Quanquam cum
 postmodum Judæi ex adminiculis impedimenta facerent,
 Deumq; sibi devinctum putantes defunctoriè eum imò lu-
 foriè pro suo ingenio colerent, dediti legalibus figuris & ve-
 ram pietatē negligentes, ipsum Dominum graviter queren-
 6 tem legamus apud *Esaiam.* φ) † Christianos quod attinet, &
 orthodoxos quidem, apud illos satis certum est, secretam φ) *c. 66. conf.*
 quandam efficaciam templis dedicatis neutiquam esse affin- *Act. 7. v. 48.*
 gendam, nec singularem quandam energiam precibus ibi- *Ezech. 24. v.*
 dem 21.

demperactis attribuendam, cum non tam loci qualitas quam orantis pietas orationem sanctificet. Templum nostrum sunt corpus purum, altare animus sanctus, simulachra verò omnis generis virtutes. Et hinc est quod Christiani primitivæ Ecclesiæ sine templis orarint, *uti supra demonstravimus*. Nec ea tamen prorsus hodiè reprobamus, sed potius laudabiliter destinari certa loca publica putamus, in quibus populo conventus sacros habere & cultui divino unitâ quasi & in commune collatâ pietate operam dare verbique prædicationem audire liceat. Non vacat superstitionem Pontificiorum hîc pluribus examinare, (ne ubique occasionem fallacem in alienam messem immittendi quærere videamur,) qui ceremoniarum suarum apparatus, non significandi, sed sanctificandi etiam vim & virtutem tribuunt, ita, ut templum, *suprà dictò modò*, consecratum divinâ quâdam virtute præditum existimari debeat *conf. Baronium, χ)* qui de miraculis ex dedicatione resultantibus; & *C. Rhodiginum ↓)* qui plura de vi verborum certâ quâdam enunciationis formulâ pronunciatorum &c. † Legalis effectus in eo potissimum consistit, ut dedicatio determinet locum, ubi per leges civitatis liceat atque fas sit sacra celebrare & ad cultum Divinû in Rep. permissum convenire. Neq; enim tolerari debet in benè constituta Civitate Sacra, præsertim peregrinâ & vetita, in privatis domibus celebrare; quâ *de re supra c. 3.* nonnulla diximus. Deinde efficit dedicatio rem † *SACRAM*, ubi tamen vocab. *rei sacre* non in eò rigore sumimus, ut denotet solum res propriè & primariò sacras, quæ Spirituales aliàs nominantur & sunt e. gr. *Verbum & Sacramenta*, ac inprimis voce Liturgiæ veniunt. vide *Magnif. Dn. Schilterum, ω)* sed laxiùs ut comprehendat etiam Ecclesiasticas illis subordinatas, ita tamen ut significet res immediatè ad cultum divinum & ad res Spirituales destinatas, quarum nomine & Templum veniunt; nec porrigatur ad res *Religiosas, ε)* [ad quas suo modò pertinere videtur † *Sacrarium*, quod utut sacrum haud sit, religione tamen pollet acquisitâ & mutuatâ ex illatione sacrorum, quâ ipsâ quoque liberatur sacris inde evocatis vel translatis, β)] & ejus generis Ecclesiasticas, quæ cultui

χ) ad A. C.
330.
↓) lib. 16. c. 24.

ω) Ex. 4. ad ff.
th. 2.

ε) l. 6. §. 4. ff.
de R. D.

β) l. 9. §. 2. ff.
de R. D.

7

8

9

tui Divino non immediatè, sed mediatè duntaxat, nempe sustentationi ministrorum Ecclesiæ, pauperum &c. inserviunt, nec etiam consecrantur, quod tamen est de essentiâ rei sacræ. † Hæc autem rei sacræ qualitas vel Character, non solùm ipsum afficit ædificium, quod propriè templi nomine venit, sed extenditur quoque ad adjacentia & cohærentia, ^{γ) vid. supra cap. 6.} quippe quæ aliàs unà cum ipsa re ambulare solent, quomodo & termini urbis & territorium urbi adjacens cum urbe ambulat. ^{δ) l. 1. §. 4. ff. de offic. Præf. urb. l. 41. §. 6. ff. de legat. 3. arg. l. 3. l. 9. C. de religios. §. 1. ff. de cont. emt. libr. de limit. agror.} Modò tamen ea lege dedicationis contineantur, cum & loca religiosa s. monumenta habuerint sui juris horum modum & circumjacentem, præscriptum tamen, agrifinem, ut scribit *Aggenus urbicus*. ^{ζ) Unde quantum cedere vellent agri modum plerunque præscribebant, quò pertinebat vulgaris clausula: IN. FRONTE. PEDES. TOT. IN AGRO. PEDES. TOT. Eodem præceptò vetus inscriptio non una apud *Gruterum*: ^{η) ÆDIFICIA. PROPRIA. PARATA. FACTA. DICATAQ. SVNT. MONVMENTA. T. POMPON. & alibi: θ) HIC. LOCVS. CVM. HORTVLO. SVO. RELIGIOSO. ET. ÆDIFICVLIS. SVS MVRO. CINCTVS. AD. SEPVLCHRVM. MINDIÆ IULIÆ. ET. P. ADI. PHILETI. PERTINET. ET. NE QVIS. EA. LOCA. NEQVE. VENDERE. NEQ. DONATIONIS. CAUSA. NEQE. DE. NOMINE. VTRORVMQ. EXIRE. POSSIT.} Hinc est quod Ecclesiæ nomine venire dicantur septa & continentia usque ad XXX. passus, ^{ι) C. Tuscb. E. concl. 20. cum major Ecclesia per circuitum L. passus habere debeat. λ) Præfinitur autem in hunc usum septa, ut his ipsis præmunita Ecclesia & minus profanetur & ipsius reverentia magis custodiatur. Unde quæcunque immunitates Ecclesiis conceduntur eadem etiam iis locis, quæ intra septa earum continentur, concessæ intelliguntur, ut habet *Brunus*. ^{μ) † Ex cò quod dedicatio rem sacram efficiat sequuntur porrò effectus alii speciales, quod nempe eximatur inde templum, dominio profano & fiat juris Divini. † Ad quod intelligendum ponendi duo termini, scil: *A quò*, & *Ad quem*, & consideranda res est in statu, quò fuit ante Dedicationem postmodùm viden-}}}

videndum ad quem vel ad quid & quatenus transeat? † In 13
 statu igitur ante dedicationem sub duplici potestate vel
 dominio res est; † Primò, sub dominiò privato & vulgari; 14
 [quod vocabulum hic latè sumitur pro omni jure quod pri-
 vatis, vel etiam universitati imò Principi eò modò, quò pri-
 vatis in re competere potest, adeoque comprehendit etiam
 possessionem, pignus, hereditatem, servitutem &c. Conf.
 v) Ex. 11. 1b. 3. Magnif. Presidem; v) item directum & utile dominium, tum
 Syn. J. C. quoque non minus pristini domini, quàm illa jura, quæ ter-
 tio cuidam in re dedicata competere potuerunt.] Secundò † 15
 sub dominio publico, quod imperium dixeris; utriusque do-
 mini vicem sustinet & interpretes est, qui dedicationem ad-
 ministrat, adeoque declarat, quid uterque abs se abdicatum
 & translatum cupiat. † Quod cum voluntatis sit, primariò 16
 ex instrumento & formula dedicationis æstimandum.
 Quemadmodum enim cuique licet eam rei suæ legem dice-
 re, quam voluerit, sic specialiter in usu veteribus fuit, mo-
 dum dedicationibus adjicere, quem Legem dedicationis dixe-
 runt, ut supra passim expositum, † cujus inter alia hoc quo- 17
 que munus erat, ut effectum dedicationis amplificaret vel
 moderaretur. Talis si vel haud extiterit, vel obscura sit, &
 imperfecta, & de hoc vel illò nihil determinaverit, res æsti-
 manda est, ex eò, quod è Rep. censetur, & communiter fieri
 E) conf. l. 4. C. solet, legesque tanquam tacitæ & usitatæ dedicantium vo-
 de relig. & luntati conveniens existimant; §) quæ & ipsæ si non satis-
 sumt. fun. faciant, ad Authenticum legum interpretem, scil. legislatio-
 o) lib. 10. Ep. riam & Architectonicam in Rep. potestatem, recurrendum
 58. est. Cujus rei illustre exemplum est apud Plinium. o) † His 18
 præmissis de Dominiò privato dicendum, abdicari dedica-
 tione, quicquid ejus antea Domino competiit & rem pror-
 fus extra commercium poni. Est enim dedicatio actus
 Domini translativus. *Quæ enim bona Deo quispiam addixit,
 eorum sibi ipse possessionem omnem abjudicavit ac illorum Domi-
 nus esse jam desiit: π) Si enim eorum, quæ homini quis largitur
 cil. Constant. Dominus amplius esse non potest: quomodo eorum, quæ Deo sancti-
 ìbi Balsam. ficat & dedicat quispiam, sibi Dominium arripere sinetur. ρ) † Sic 19
 & Zonar. in S. Literis observatur, consecrationem ferè pro separatio-
 ne*
 d. can. inf.

ne sumi & שרף sanctum vel sacrum, idem esse quod separa- Gen. 2. v. 3.
tum. Sic σ) שרף explicant, & à profano usu segregavit & τ) Ex. 29. v. 27
suo (Divino) cultui dedicavit. Et alibi, τ) sanctificabis, idem υ) Menochig.
est ac separabis & armus separationis idem, qui aliis armus ele- φ) Malvenda
vationis s. consecrationis. Hinc ritus elevationis in sacri- & Vatablus.
ficiis, qui denotat munera illa ad Deum pertinere & ab aliis χ) de donari-
separari. υ) Ita Exod. 25. v. 2. ut separent mihi elevationem is c. 4.
(ein Hebopffer) i. e. oblationem; sic dictam vel quia, cum ↓) Num. c. 6.
Deo offerebatur, elevabatur sursum, vel quia ex aliis bonis v. 2. 5. sq.
levabatur ac separabatur. φ) Simile observat Thomasinus; χ) ω) conf. To-
separationem, inquit, à consecratione non fuisse diver- statum in c. l.
sam idque liquere ex Nazaraeorum nomine, ↓) quod nihil a- quest. 3. it. P.
20 liud significet, quam separatos; † Servius quoque, referente Fagium &
Macrobiò, α) Religionem esse dictam tradidit, quæ propter Vatablum.
sanctitatem aliquam remota ac seposita sit; β) ex hac sen- α) lib. 3. Sat.
tentia religio à relinquendo dicitur, quia loca religiosa pro- c. 3.
priè sunt quæ relinquuntur nec amplius inserviunt usibus β) conf. Gelli-
humanis. Confer ea quæ cap. 1. de Etymolog. templi n. 16. dixi- um N. A. l. 4.
mus. Jura quoque Civilia res sacras ad earum censum refe- c. 9.
21 runt, quæ sunt nullius; γ) † Hæc abdicatio tamen ita intel- γ) l. 1. ff. de R.
ligenda, nisi quid specialiter, in re dedicata, jure permitten- D.
te, reservatum, cujus rei exemplum est, quando fundator δ) in labyr.
Ecclesiæ vel Capellæ jus sepulturæ tanquam partem proprie- cred. p. 3. c.
tatis sibi & successoribus reservat, quod cautionis locò sug- 5. n. 16.
gerit Salgado; δ) quò fortassis etiam referas jus Patronatus, ε) de jur. Pa-
de quò videndus Finckelthufius. ε) Quod jure permittente di- tron. c. 4. n.
ximus, eam rationem habet, quod non in infinitum porri- 49. sqq.
gatur ista licentia, nec legibus & essentiæ dedicationis ad- ζ) Comm. ad
versari debeat nisi pro non adjecto haberi velit c. verum X. de c. 9. x. de con-
condit. appof. conf. omninò Laymann. ζ) Cæterum ex præmis- stitut. adde
22 sis sequitur, I. † quod sacra tanquam nostra vindicare non possi- l. 13. § 1. ff. de
23 mus; η) II. † Non possimus legare, adeò ut furere videatur, qui pollicit. l. 9. l.
sacra legat θ) & quamvis res alienæ legari possint, illud ta- 14. l. 15. de cõ-
men de iis intelligendum, quæ non simpliciter sunt extra dit. instit.
commercium tam hæredis, quam legatarii, quarumque ali- η) l. 23. § 1. ff.
qua, licet difficilis datur paratio, ι) aut saltem æstimatio de R. V.
præstari potest; κ) Ast, res sacra extra commercium est d. §. θ) l. 39. §. 8.
H ejus & 9. ff. de leg.
1. arg. l. 14. C. & §. 4. Inst. eod. ι) d. l. 39. §. 7. κ) §. 4. Inst. de legat.

λ) arg. l. 34. §. ejus nulla datur comparatio, λ) nec ullam recipit æstima-
 2. ff. de con- tionem; μ) quanquam si in specie expressa sit aliqua à testa-
 trab. emt. tore æstimatio, eam deberi tradat Peregrinus, ν) & Barry.
 μ) l. 9. §. 5. ff. ξ) III. † Non possimus alienare, adeoque nec vendere. Nam Cel- 24
 de R. D. sus, filius ait: ο) nec cujuscung; rei scias alienationem esse, ut sa-
 ν) de fideic. cra & religiosa loca. Intelligitur tamen loci sacri, qui habe-
 art. 11. n. 101. ri non potest, emtio, si ab ignorante emitur, π) non quidem
 ξ) lib. 9. tit. 3. ut transferatur res in emtorem, (nec enim possunt res hujus-
 n. 17. modi in alium transferri,) sed ut venditor teneatur in id
 ο) l. 6. pr. ff. de quod interest; ρ) Accipienda tamen hæc, quatenus à priva-
 contrab. emt. tō vel privatā autoritate fiunt, nam quod interveniente de-
 adde l. 34. §. cretō possint, effectus est dominii publici, post dedicati-
 1. eod. nem adhuc perdurantis & vim suam exerentis. σ) Quæ an-
 π) l. 4. ff. eod. teā dictis non obstant, nec venditionem à privato de re sa-
 ρ) §. ult. Inst. crâ, tanquam de futurâ, [quæ venditio alias subsistit, τ)]
 & l. 62. §. 1. l. factam sustinent, cum non fas sit ejusmodi casus expectare,
 70. & arg. l. uti eleganter in simili casu loquitur Paulus. υ) Commerciū &
 7. ff. eod. alienationis species quoque est hypotheca, φ) ejus igitur par-
 σ) de quō in- ratio χ) adeō ut nec convalescat pignus, licet res sacra pro-
 frâ plurib. fana facta sit. ψ) IV. † Loca sacra respuunt Servitutem, imò 25
 τ) l. 8. pr. & §. privatis vel profanis prædiis interjacentia, interrumpunt ac
 υ) ff. de contr. impediunt, ω) nisi intermedio aliquid facere non sit necesse;
 emt. Ut in servitute ne prospectui officiat, si ædes intermediæ
 υ) l. 34. §. 2. ff. sint depressæ, α) licet sacræ. β) V. † Non amplius possidentur, γ) 26
 eod. cūmque usucapionis causa proxima sit justa possessio, ac ita
 φ) l. ult. C. de sine hâc illa contingere non possit, δ) inde quoque res sacras
 reb. alien. nō præscribi aut usucapi minime posse patet, ε) sic Balsamon: ζ)
 alien. Nec multorum annorum lapsum proferent, ut id confirmetur, quod
 χ) l. 1. §. 2. ff. non potest consistere, & sanctum commune efficiatur: Ea enim in
 quæ res pign. aliis quidem locum habent, humanis sc. negotiis: non autem in san-
 l. 21. C. de SS. Etis & sacrâ. VI. † Rei sacræ nulla potest esse societas. Hinc si 27
 Eccles. res communis consecrata fuerit, solvitur ejus nomine, con-
 ψ) arg. l. 83. tracta societas. η) † VII. Non potest in stipulationem deduci, 28
 §. 5. de V. O. θ) vide quæ suprâ de venditione dicta, qui locus omnibus
 ω) l. 14. §. 2. ff. con-
 de Serv. α) l. 4. in fin. l. 5. l. 6. pr. ff. serv. vind. l. 7. §. 1. com. præd. β) arg. l.
 17. §. pen. de aq. pluv. arc. γ) l. 30. §. 1. ff. de A. P. P. δ) l. 25. de usurp. & us. ε) l. 9.
 ff. & §. 1. Inst. eod. ζ) ad c. 13. concil. 17. æc. η) l. 63. f. ff. pro soc. θ) §. 2. Inst. de inur.
 stip. l. 1. §. 9. de O. & A. l. 69. ff. de V. O.

29 contractibus est communis. † De jure tertiorum in re consecrata, statuendum necesse est ex analogiâ juris solvi & extinguui, dedicatione ritè & legibus conformiter peractâ, jura omnia quæ vel in re, vel ad rem, tertio competierunt; Curare tamen debent, qui dedicationem administrant atque dirigunt, ne rem aliis oppignoratam vel obligatam, vel in fraudem creditorum consecrent. Tale tamen si quid accidat pro circumstantiarum ratione vel invalida erit dedicatio illegitimè peracta, vel salva nihilominus manebit creditoribus actio personales adversus pristinum rei Dominum, vel regressus etiam dabitur adversus Remp. quem ^{1) arg. l. 83. §. dominium eminens, [vi cujus subsistit fortè ista dedicatio, §. ff. d. V. O. §. 1.)]} ita oportet dirigere, ne damnum inde ad privatos redundet, vel ex publico istud refarcire. Exemplum rei istius extat apud *Mornacium* ^{2) cui ex antiquitate adjungi mere-} ^{dictum.}

30 tur decretum de Domo Ciceronis, de quo supra. † De publico ^{3) ad l. 1. ff. de} Dominio vel imperii jure secus est, & reservatum censetur, R. D. omne id, quod imperantibus circa sacra ex Reip. ratione vel moribus competit & incumbit; nec abdicasse creditur, cujus auspiciis peragitur dedicatio, quod è Rep. est, ut & in rebus sacris exerceatur; vel planè salvâ majestatis essentiâ communicari nequit vel non expedit *confer Grotium.* ^{4) Ipsa enim Ecclesia est in Rep. non hæc in illa, & Vicariatus ille, quem Deus summis potestatibus in hõc orbe singulis pro sua portione & Reip. finibus dedit, ut suo locò in his terris visibiles Dii essent, non fert, ut aliquid earum arbitrio & directioni subtrahatur, quod partem publicæ salutis & Civilis beatitudinis constituat. Manet igitur apud eos qui summo imperio gaudent in Rep. [quò referendiquoque suo modo & ex Legibus Imp. Romani, status Imperii, quoad suas Provincias,] circa res dedicatas, † *Judicium* & quidem *imperativum*, ut judicent quid rectè pièque circa res dedicatas statuendum. Nam ut ista determinatio & judicium subditis magis, quorum conditio in obsequio consistit, aut aliis, quàm imperantibus, quibus tota Civitatis cura incumbit, competat, neque Ordo Civilis, neque sana ratio patitur, quâ ^{5) l. 1. cap. 5.} de re vide *Grotium.* ^{6) Hoc judicium sequuntur porrò actus}}

H 2

illi,



illi, per quos illud ipsum, quod rectum piumque judicatum est, imperatur, qui tam late ferè patent, quàm tota majestatis natura. Nos aliqua saltem libabimus. † Eminent inter 32 hos *legislatoria in rebus sacris potestas*, quâ definitur, quæ sacra publicè habenda, quæ toleranda, quæque fugienda. Vi hujus potestatis jusserunt non solùm Judæorum Reges, sed etiam Christiani Imperatores & Principes, Gentilium aras diruere, statuas frangere, lucos succidere, sculptilia comburere; veterunt hæreticorum coitiones & conciliabula, usum basilicarum & si quæ sunt hujus generis, quæ in S. Literis & utroque Codice, tam Theod. quàm Justian; passim occurrunt; Imò ipsorum Gentilium Principum quot de Sacris extant Leges? Romulus maximè & Numa, Romani Imperii primi auspices, de quibus in *Liviô* videas, & apud Græcas Civitates Lycurgus & Draco, alii alibi, hæc in re clari. *Grotius. v)* † Le- 33 gulationi necessariò cohæret jurisdictio, correctrix & vindicatrix, eorū, quæ in leges peccata sunt; quæ apud Nos exerceri consuevit per Consistoria, comissis ut plurimùm criminalibus seculari judici. add. *Pirhing.** † Porro remanet *Dominiū* 34 *eminens* s. universalis & transcendens illa vis ac potestas in res privatorum, extraordinariis potissimùm necessitatis casibus sese exserens. Cujus actus & signum evidens est jus alienandi rem sacram interveniente Decreto, sive secularisatio, de quâ in cap. seq. de contrariis? † Ex præcedentibus simul appa- 35 ret ratio termini ad quem sive quomodo, & quatenus res sacra per Dedicationem transeat? Fit scil. eò modo, quò hætenus dictum, Divini juris §) quoad proprietatem atque 36 *Inst. d. R. D.* jus omne, quod pristinus rei Dominus abdicavit & tertiis quoque in re dedicata competiit † & transit hòc modò ad Deum s. Numen, cui dedicatur, quod tamen non ita intelligendum, ac si Deo creatori ac æterno supremoque hujus universi Domino, cujus villici ipsi tantum existimus quicquam revera per dedicationem acquireretur aut opus iste traditione nostrâ haberet, cujus terra scabellum est, sed ad captum humanum res ità explicatur cum relinquimus, Deoq; optimo M. resignamus actu quodam externo solemni & publico stiam concessam istam precariam possessionem atque usum

1) d. l. c. 8.

* ad tit. X. de foro compe-
tente.

§) §. 7. & 8.
Inst. d. R. D.

usum, quæ inter homines abusivè dominium dicitur &
 summo, universali atque vero DEI Dominio subordina-
 tum est, non absimili modo, quò filius familias peculium pro-
 fectitium patri resignat. Eumque nudum relictionis actum
 melius expriment I. C. quando sacra per excellentiam. <sup>o) l. i. ff. d. in-
 terdict. l. i. §</sup>
 37 RES NULLIVS (scil. hominis) nuncupant. † Ut verò appa- ^{6. ff. d. R. D.}
 reat inter homines Divina ea loca ^{π)} Deique facta esse modò <sup>π) l. i. ff. d. in-
 terdict.</sup>
 quòdam peculiari, possessionem Numinis repræsented vel
 exercet societas sacra quam Ecclesiam dicimus, ne ob dere-
 lictionem istam humani domini cuiq; occupanti patere vi-
 deantur. Unde est quod uti universitas vindicare potest res
 publicas, ita & societas sacra, res sacras, cujus illustre exem- ^{q) 4. A. c. 43.}
 plum est capud Tacitū, ^{ρ)} & eò sensu Grotius, ^{σ)} intelligendus ^{σ) l. 3. c. 5. n. 2.}
 quando dicit *ea quæ sacra dicuntur, revera nō eripi humanis usibus* ^{d. l. B. & P.}
sed publica esse, sacra autem nominari à fine, cui destinata sunt.
 38 Quod de usu dictum, porrò explicandum est. † Nempe cum
 alii tradunt, ^{τ)} in rebus divini juris hoc amplius esse, quod <sup>τ) Vinn. ad
 ne usus quidem earum sit singulorum, & hominum potesta-
 ti & usui sic exemptas esse, ut quodammodo in solius Dei ju-
 re ac potestate habeantur, contrà autem ex jure notum est,
 quod interdicta ob rem sacram & novi operis nunciatio lo-
 cum habeant, quæ jus vel usum aliquem humanum præsup-
 ponunt; prius exaudiendum est, de usu profanò, familiari,
 vulgari, vel, ut *Vinnius* loquitur, promiscuo, postèrius de sa-
 39 cro & ad Deum nihilominus proximè ordinato. † Ex hâc rei
 dedicatæ separatione & mancipatione ad Divinos usus nasci-
 tur porrò insignis reverentia, quæ tanquam Character ei in-
 hæret, & sanctam inviolabilemque & singulariter venerabi-
 lem atq; favorabilem etiam in foro Civili efficit. † Unde est <sup>υ) pr. Crim.
 quest. 89.</sup>
 40 quod I. *graviùs puniantur delicta in ade vel re sacrâ vel circa eam* <sup>φ) c. si quis cõ-
 tumax. §. sa-
 cril. q. 4. c. 17.</sup>
commissa. Hinc sacrilegi graviùs puniuntur quàm fures conf. ^{χ) art. 171.}
tit. ff. ad l. Jul. pecul. & de sacrilegiis. Carpzovium; <sup>υ) adde Gra-
 tianum φ) & Ord. Carolinam, χ) ubi de tribus speciebus sacri-
 legii. Injuria quoq; quæ alicui in templo fit, atrocior repu-
 tatur, <sup>ψ) vide Quintilianum, ω) qui postquàm retulerit quan-
 dam legem, quâ cavebatur, ut is qui in templo injuriam fecerit</sup> <sup>ω) Declam.
 decem millia daret Civitati, pulchra subjungit ad quæ B. L. re-
 mitto.</sup></sup></sup>

a) adde o-mitto. † a) II. *Securior inde habeatur pecunia in ade sacra deposti-* 41
mninò Valē-ta & parcere etiam rebus locisq; sacris in bello conveniens sit: β)
zuela Velasq. quò spectat lex illa apud Tullium: γ) SACRVM. SACRO-
consil. CXLII. VE. COMMENDATVM. QVI. CLEPSIT. RAPSITVE
n. 140. seqq. PARRICIDA. ESTO. Confer omninò Galvanum, δ) qui
 β) *vide cap. de pecuniis in his locis conditis tradit, eas, cum ab initio de-*
positi finibus continerentur, tractu temporis, deperditâ de-
 γ) *de LL. lib. 2. positi memoriâ, in thesauros esse verfas. Hinc factum, ut*
 δ) *de usufr. c. 30. ad quos libitum esset, pecunia pertransiret, depositi ipsius*
memoriam conservare nisi fuerint, in scriptis titulis ad hanc
rem comparatis, quales ibi aliquot refert & de thesauro in lo-
co sacro reperto egregiè differit, textusque conciliat † .III. 42
 ε) *Villalpan-* *Major fides sit eorum qui in templis asservantur. Hinc qui apud*
us 3. part. Judæos Siclum s. pondus sanctuarii unum eundemque cum
comment. in vulgari & profano, utrumq; autem tetradrachmum fuisse
Ezech. lib. de contendunt, ε) addunt eum fuisse in Sanctuario asservatum
pond. & justissimi ponderis ad cujus normam reliqui omnes exami-
num. disp. 4. narentur, ζ) qui facile usu aut nequitiâ atteruntur atque di-
 ζ) *Malvenda & nius & probant Villalpandus & Mariana. Jubebatque in tem-*
alii. plis Christianorum primariis pondera & mensuras asservari
 η) *Menochi-* *Imp. Justinianus θ) Pariter fecit Valentinianus in civitati-*
us & Tiring. bus Romani Imperii, ι) adde Levit. 27. v. 26. † IV. Deinde gau- 43
 ι) *Malven-* *deant plerumq; privilegio, ut delinquentes qui ad templa tanquam*
da. asylum confugiunt, per vim extrahi non possint. Quod non jure
 θ) *Tirinus. naturali ac Divino positivo sed humanò solùm, tum Cano-*
 κ) *conf. Ca-* *nico tum Civili in Ecclesiam Christianam introductum fa-*
saub. in nott. tetur Pirhing. κ) De Gentilium templis supra cap. 6. diximus
ad Maximi- *in iis non fuisse jus asyli, nisi quibus consecrationis lege esset*
tolini. concessum, ad quod conferenda disceptatio plurium Civita-
 λ) *ad tit. tum apud Tacitum λ) quarum unaquæque in certâ templi*
extr. de im- *sui dedicatione sese fundabat. In Jure Justiniano, tit. Cod.*
mun. Eceles. is, & addidit in §. 2. Inst. de his qui sui vel alieni jur. sunt, de suo
 μ) *§. 1. assert. 15. verba; ad eadem sacram, Justinianus; non enim sunt apud*
 ν) *3. A. 61. sq. Ulp. Rufini tit. 3. nec in l. 2. ff. cod. tit. nec Theophilus habet*
 conf.

conf. Sam. Petitem μ) & Vinnium ad d. l. in jure Canonico huc μ) in L. Attie.
 spectat tit. extra de immun. Ecclesiarum & c. ad quem omnino p. 13. 14. & 15.
 conferendus supra dictus Pirhing, & Wagnereck, ν) qui hanc ν) in commet.
 materiam late & eleganter tractant, quam hic persequi an- Exeget. Sacr.
 gustia pagellarum non patitur. In nostris Ecclesiis, ξ) ne cri- Can.
 mina maneant impunita, hoc jus valde restrictum alibi quo- ξ) c. ut fama
 que sublatum est. Quomodo asyla jam olim ab Eutropio 35. d. sent. exc.
 44 coercita vide apud Job. Gothofredum. \omicron) † De excalceatione pe- l. 9. §. ff. d. pu-
 dum & num Aaron nudipes ministraverit? pulchra collegit bl. & vestig.
 Matth. Polus. π) Quanta cum religione sacras Deorum α - \omicron) ad C. Th.
 des adiri voluerint Athenienses, constare potest vel ex Pisi- c. 3. p. 105. c. 2.
 strati lege, quam tulit, cum Athenis in Pythio ædem Apolli- adde t. 3. p.
 ni daret: Qui in æde Apollinis ventrem exoneraverit, se ipsum in 358. l. 3. p. 365.
 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100
 45 Aristenum. σ) † Porro ad immunitates Ecclesiarum refe- apud Bevere-
 runt, quod in templo causæ criminales, in quibus agitur de gium.
 sanguinis effusione vel corporali pœna tractari non debeant. τ) c. cum Ec-
 τ) De causis civilibus, quæ ad forum seculare pertinent idem clesia 5. ext. d.
 statuitur eod. tit. υ) Licitum tamen esse in Ecclesiis exerce- immun. Eccl.
 re actus quosdam extra judiciales, qui non sunt jurisdictio- υ) c. decet. 2.
 nis contentiosa, cujusmodi est, dare tutotes, vel curatores in 6.
 pupillo vel minori præterquam quod etiam sit causa pia, sta- ϕ) p. 2. lib. 1.
 tuit Azor. ϕ) Item, conferre Gradus Doctoratûs, vel Magiste- c. 9. q. 3.
 rii; quod hujusmodi actus honestatē contineant, idq; etiam χ) Abb. in c. 5.
 communis & generalis consuetudo approbet; χ) deinde extra de im-
 etiam disputationes & prælectiones publicas habere in Eccle- mun. Eccl. n.
 sia; quia scientia res sancta dicatur. ψ) Denique univer- 9. Azor. l. c.
 sim loquendo, actus extrajudiciales, aut ad voluntariam tan- ψ) in l. 1. §.
 tum jurisdictionem pertinentes, si pietatem respiciant, in proinde ff. de
 Ecclesia validè & licitè fieri posse tradit Barbosa. ω) Præte- variis & ex-
 reà prohibiti sunt in Ecclesiis & similibus locis fieri contra- tr. cogn. A-
 ctus zor. l. c.

ω) lib. 2. Jur. Eccles. c. 3. n. 11. & 12.

a) de immun. Etus & negotiationes ut constat ex c. 22. a) quanquam de fa-
 Eccles. in 6to. Et o initi, sint validi, cum in jure non irritentur sicut, judicia
 b) cit. c. 9. q. 5. secularia. Permissum tamen, in templis vendere candelas
 c) c. 21. & Jo- asserit Azor. b) cui tamen contrariatur locus Matthæi c) ad
 han. 2. quem omnino confer Marsham, d) ubi de jure Zelotum. in
 d) can. chron. eod. c. 2. de immun. Eccles. in 6to, præcipitur ut cessent in locis
 p. 168. illis Universitatum quarumlibet Concilia, Conciones & pu-
 e) c. ad deco- blica Parlamenta; quod intelligendum putat Pirhing, quan-
 rem. 12. de vi- do materia talium actuum sit merè temporalis ac secularis:
 ta & honest. nam si Conventus vel Concilium habeatur de re Ecclesia-
 Cleric. stica, vel pertinente ad pietatem in Ecclesia, non esse prohi-
 f) c. oportet. bitum. Unde Clerici possint in Ecclesia Synodum habere.
 4. dist. 42. Similiter ludi theatrales profani, cum larvarum monstris
 n) Augustin. prohibentur; e) item Convivia, ζ) etiam Agapæ, quas, ob lu-
 lib. 6. Confes. xum dissensiones & alios abusus, qui sensim irreperant, n)
 c. 2. & Epist. ab Oriente quidem proscripsit Synodus Laodicensis, ab Africâ
 64. verò tertia Carthaginensis, à Gallia Aurelianensis II. & Ca-
 d) lib. 1. c. 1. n. bilonensis &c. conf. Bonam. d) De his actibus vide D. Zieg-
 4. rer. liturg. lerum i) Jac. Gothofredum n) & Cent. Magdeburg. λ) de tumul-
 i) ad Lancell. tibus, conventiculis Tholozanum. μ) † Ad immunitates quo- 46
 p. 538. que templorum spectat exemptio à Secularibus oneribus &
 n) ad C. The- tributis, tum quia sunt res sacræ, tum quia non sunt res fru-
 od. t. 1. p. 355. ctiferæ aliquorum proventuum temporalium, neq; habent
 λ) 12. c. 6. pag. temporalem usum seu commoditatem pretio æstimabilem:
 870. in f. sed tantum usum sacrum, ad quem specialiter sunt destina-
 μ) 2, 1, 13. ti, vide Pirhing. v) Favor denique templi & cujusque rei
 v) ad tit. de sacræ in eò consistit, ut forò privilegiatò gaudeat. Vid. Rein-
 immun. Eccl. king. ζ) & Carpzov. o) & summaria sit causa templorum Carp-
 sect. 3. §. 1. zov. π) Marant. q) Refertur etiam inter personas miserabi-
 ξ) de Rep. Ec- les σ) D. Zieglerus τ) Brunnemann. ad l. 4. C. de fund. rei priv. &
 cles. l. 3. cl. 1. Jac. Gothofr. l. 6. p. 93. sq.


c. 10. Hæc omnia non solum latius deducere, sed etiam cap. VIII. de Contrariis,
 o) Proc. tit. 1. Resecatione sc. & Pollutione &c. item cap. IX. de dedicationis repetitione si-
 art. 2. per tot. ve Excansis addere erat animus, sed cum præter spem & sub prelò quidem
 π) ibid. art. 1. excreverit nostra Dissertatio, hinc abrumperè solum consultum duximus,
 n. 49. Benevolo Lectori cum Deo & die prolixiora & meliora promittentes.

p) p. 4. de ord.
 jud. d. 9.

S. D. G.

σ) l. un. C. quando Imper. inter pupill. &c. τ) ad Lancell. p. 896.





ULB Halle
006 609 503

3




Mus A + P

VD77







INAUGURALIS ¹² ^{H.}

De

TIONIBUS

DRUM ET

ARIUM, ^{1677, 26}

ff. de Rer. Divis.

quam

ANTE GRATIA

CRETO

TORUM ORDINIS

RI SALANA

ESIDE

GIO AD AMO

in Wanzleben & We-

mmatissimo, Sereniss. Ducum

intimo eminentissimo, Facultatis

, Curia Provincialis ac Scabi-

fore Primario,

à veneratione eternum Suspicendo;

CENTIA

Honores ac privilegia Do-

è capeffendi

um Examine submittit

APFIUS, Vin. Thur.

O.R. M.D.C. LXXVII

DIS NISIANIS.

12

H.

3



3/2

